Dissertatio
Kalbfleisch, Carl

IN GALENI DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS LIBROS OBSERVATIONES CRITICAE

DISSERTATIO INAVGVRALIS PHILOLOGA
QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE
FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI
AD
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS
DIE XVI. MENSIS AVGVSTI A. MDCCCLXXXXII
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR

CAROLVS KALBFLEISCH
GELNHVSANVS

ADVERSARII ERVNT
JOHANNES SCHRADER CAND. PHIL.
GVSTAVVS ZIELER DR. PHIL.
GVILELMVS SCHMITTHENNER DR. PHIL.

BEROLINI 1892
R. HEINRICH.

HERMANNO DIELESIO

S

In Galeni de placitis Hippocratis et Platonis libris recensendis quae auxilia quaque ratione adhibenda sint, post Iwanum Muellerum [1]) et Eduardum Wellmannum [2]) optime exposuit Johannes Petersenus. [3]) demonstravit enim excerptorum Florentinorum et Parisinorum ex codice Marciano descriptorum plane nullam esse auctoritatem, Marcianum vero codicem editionemque Aldinam, cum originem duxissent a codice Hamiltoniano, non adhibenda esse nisi eis locis quibus ille non iam praesto est; contra schedas Cantabrigienses et Laurentianas, quas olim in uno eodemque codice fuisse Muellerus docuit, neque ab Hamiltoniano pendere neque eius fontem esse. haec breviter praemonita volui; singula luculenter exposita habes in Peterseni dissertatione.

Numeris et codicum editionumque siglis utar Muellerianis.

Litteris SM notabuntur Galeni scriptorum minorum volumina duo a Marquardtio prius, alterum a Muellero editum. [4])

In ceteris Galeni libris citandis editionis Kuehnianae nu-

---

[1]) Quaestiones criticae de Galeni libris *περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων* progr. Erlang. 1871 et editionis Lips. 1874 emissae proll. p. 14ss. et 70ss.

[2]) mus. Rhen. n. s. vol. XL p. 30ss.

[3]) dissert. inaug. Gotting. anni 1888 quae inscr. 'In Galeni de placitis Hippocratis et Platonis libros quaestiones criticae' p. 6ss.

[4]) Lips. 1884 et 1891.

75019

meris ita utar, ut Helmreichii paginas uncis inclusas adscribam eis locis quos ex libellis ab illo nuper editis [1]) afferam.

Exempla plerumque ex eis Galeni libris petam qui Muelleri Marquardtii Helmreichii opera iam certo fundamento critico substructi sunt.

I.

Postquam Dielesii beneficio mihi licuit codicem Hamiltonianum a Wellmanno primum, deinde a Peterseno pertractatum denuo cum Muelleri textu conferre, etsi collatione illa quam exercitationis causa magis quam nova explorandi spe adductus susceperam plerumque nihil aliud didici nisi quam accurate et diligenter Petersenus rem gesserit, haud inutile tamen visum est pauca illa quae enotavi eis qui Galeni libris operam navare haud dedignantur proponere. sunt autem haec:

208,12 *προ πεσόντος* (σ supra lineam) man. pr.
211,15 *αὐτῶν* corr. in *αὐτόν* man. pr.
219,15 (non 5) *ἐγκεφάλου λόγος*
222,5 *ἠρωτημένον* mutatum in *ἐρωτημένον* (sic) man. pr.
225,8 *αἰσθητικήν τε καὶ προαιρετικήν* (accentus non recte enotavit Petersenus)
233,4 *τοσοῦτον*
237,12 *οἵ δ' ἐς*
241,6 *δεικνύουσιν*
251,10 *κατὰ τὸ*
251,14 (fol. 4^v 4) exstiterat olim quod iam Petersenus (p. 22[2]) vidit *εὔπνοια*. postea litterae *π* maior pars humore deleta frustulisque folii 22 quod olim folio 4 vicinum erat

---

[1]) *Περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις* (I 64 ss. K) in Act. sem. Erlang. vol. II (1881) pp. 239—310.

Περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων (I 413 ss. K) Erlang. 1878.

Περὶ χρείας μορίων βιβλίον τέταρτον (III 266 ss. K) *Programm zu dem Jahresberichte der Kgl. Studienanstalt bei St. Anna in Augsburg 1886.*

(cf. Petersenus p. 11) contecta est, ex quo folio (22^{r}3) humore solutae in fol. 4^{v}4 haerent litterae *δια* quae pertinent ad verbum *διαβαλεῖν* (254,6), quibus deceptus Petersenus putavit *ϱ* a correctore insertum esse. ex eodem errore natum est quod in MA legitur *εἰς τρία.* nec vero *ϱ* illud quod putabant aliud quidquam est nisi littera *δ* verbi *διαβαλεῖν* huic folio adhaerens. traditum igitur est *εὔπνοια*, quod cur non recipiatur ego non video.

259,7 *πειραθῆναι* } cf. editionis Muellerianae censura a Dielesio
261,1 *πειραθῆναι* } ephem. litt. Jen. a. 1875 n. 9 inserta.

261,13 *πυκίναις ἐν στήθεσιν*

264,13 *στήθεσι*

264,15 *στήθεσιν*

265,2 *καρδία σημαίνετετληυῖα* (neque *καρδίη* exstat neque *-αυῖα*)

265,15 *ἐνὶ στήθεσιν* (cf. L)

273,12 *τοσοῦτον*

280,4 *λοιδοροῦντες*, non *λοιδοροῦνες*; exstat enim *λοιδοροῦν* superposito eo compendio quo terminatio *-ες* notari solebat (ͅ), quod tamen compendium a codicis H librario interdum ita usurpatum est ut antiquiorem significationem *-τες* in eo inesse vellet; eodem enim modo scripta inveniuntur *ὁμολογοῦντες* (f. 35^{r}3) *ἀναμνησθέντες* (46^{r}2) *ἐπιθυμοῦντες* (56^{r}23) *συγχωροῦντες* (57^{r}6) *νομίζοντες* (63^{v}1) *γνόντες* (82^{v}19); qua de re cf. O. Lehmannus *Die tachygraphischen Abkürzungen der griechischen Handschriften* Lips. 1880 p. 61 s.

293,1 exstat *ἔχον* scriptum ea litterae *ν* forma qua quomodo codicis M ex H descripti vitium (*ἔχοιε*) ortum sit facillime explicatur; quod recipiendum esse existimo; neque enim raro pro verbo finito, praesertim si cui adiectivo e regione ponendum est, a Galeno usurpari participium ex his satis apparet exemplis: 162,10 *ἅπαντα δὲ ταῦτ' ἔστι τὰ τρία γένη λευκὰ καὶ ἄναιμα καὶ ἀκοίλια καὶ εἰς ἶνας εὐθείας λυόμενα*; 518,13 *ταῦτα μὲν οὖν ἀληθῆ*

τ' ἔστι καὶ τοῖς ἐναργῶς ὁρωμένοις ὁμολογούμενα; 808,1 οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ὑμένων τε καὶ χιτώνων οὐδεὶς ἑτέρως ἔχων ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστιν ... καθάπερ γε καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴν σύστασιν οὐδὲ βραχὺ παραλλάττων; 214,9 τὸ μὲν γὰρ ἱκανῶς σύνηθες αὐτῷ καὶ μόνον οὐ καθ' ἑκάστην ῥῆσιν γινόμενον; 570,10 οὐκ ἐξ ἀνάγκης .. θερμὸν ἱκανῶς τὸ ἐπιθυμητικόν, ἀλλ' ἐν φυτοῖς μὲν καὶ πάμπολυ τοῦ θυμοειδοῦς ἀπολειπόμενον; 658,12 αὕτη μὲν ἀπόδειξις μία..., ἑτέρα δ' ἐκ τοῦ μηδὲν ἄλλο μόριον εὑρίσκεσθαι κατὰ τὸ ζῷον .. λαμβανομένη; 818,4 οἱ μὲν οὖν σκοποί.. παντάπασιν ὀλίγοι, τὸ ⟨δὲ add. Cornarius⟩ κατ' αὐτοὺς γυμνάσιον οὐκ ὀλίγου χρόνου δεόμενον; 214,7 (δηλοῦν); 283,11 (ὀνομαζόμενος); 306,7 (γινόμενα); 482,9 (ἀγριούμενος .. ποθῶν); 483,3 (ἀδικῶν); 546,5 (δεόμενος); 614,15 (δεόμενον); 734,15 (ὑπάρχουσα); SM II 45,14 (ἐπικρατούμενον); I 83 (266,2 δυναμένην).

299,1 καθὸ καὶ. — καὶ typothetae errore excidit in textu Muelleri; exstat enim in AB Ch K.

301,7 (non 6) τὴν καρδίαν supra versum

304,5 διαφέρειν

307,12 ὁ deest nec erat addendum ab editoribus coll. 517,10 εἰ θεὸς δοίη.

309,4 γράφειν

313,16 διεξιέναι καρδίαν νοεῖσθαι correctum in διεξιέναι καὶ διανοεῖσθαι (alia manu ut videtur). cf. Chrysippi verba quae 312,3 a Galeno laudantur: ἐν ᾧ γὰρ ταῦτα πάντα συντελεῖται (αἵ ἐν αὐτοῖς γινόμεναι μελέται καὶ ῥήσεων καὶ τῶν παραπλησίων), πάντως εὔλογον ἐν ἐκείνῳ καὶ τὴν τοῦ λόγου διέξοδον γίνεσθαι καὶ λέγειν ἡμᾶς καὶ διανοεῖσθαι κατ' ἐκεῖνο. ceterum quo modo hic locus restituendus sit etiamnunc nescio; nimis enim corruptus legitur in codicibus.

318,8 θέηδι prima manu; corr. in θέμηδι alia man.

319,2 in textu ὅθεν ὡς in litura prima manu; fuerat οὐθ' ἑνὸς

358,6 αὐτὸ͂ prima manu; apparet librarium dubitantem utrum verum esset et αὐτὸ et αὐτοῦ posuisse.

371,15 κεκινεῖσθαι

385,15 ἔτι δὲ quod recipiendum esse videtur coll. 378,1 ubi eiusdem Chrysippi verba incipiunt ἔτι δὲ καὶ κατὰ τοῦτο ἴσως οἱ ἐπὶ τοῦ σώματος λέγονται τόνοι ἄτονοι καὶ εὔτονοι εἶναι; ad quod exemplum fortasse eius quoque loci Chrysippei qui 397,14 ss. legitur initium in codicibus turbatum ita restituendum est ut scribatur ἔτι δὲ καὶ τῆς λύπης ὡς ἂν ἐμπλησθέντες τινὲς ὁμοίως φαίνονται ἀφίστασθαι (ἐπὶ δὲ τῆς λύπης καὶ ὡς ἂν ἐμπλησθέντες H).

391,3 δεδειγμένου γε, non δ. γ'

392,13 ἀμελέτητον, non ἀμελέτρητον; exstat igitur quod Petersenus (p. 25[6]) coniecit.

395,15 αὐτῶν, non αὐτὸς

397,4 παύεσθαι bis

399,11 ῥθμοῦ (sic, non ῥυθμοῦ) quod ex θυμοῦ ortum esse conicio coll. 437,5 (οὐ δυνατὸν εἰπεῖν) ὡς οὐ θυμοῦταί τε καὶ λυπεῖται καὶ ἥδεται καὶ γελᾷ καὶ κλαίει καὶ τοιαῦθ' ἕτερα πάθη πάσχει μυρία (τὰ παιδία) et ib. 13 ὁρῶμεν δ' αὐτὰ καὶ θυμούμενα καὶ λακτίζοντα καὶ δάκνοντα καὶ νικᾶν ἐθέλοντα. in idem ante me inciderat Dielesius.

399,15 ὀρεκῶν (non ὀρεκτῶν) corr. in ὀρεκτικῶν

406,9 ὁ Χρύσιππος. articulus errore typothetarum excidit in editione Muelleri; exstat enim in A B Ch K.

408,2 καὶ μὲν δὴ καὶ quod et sententiarum nexui convenit et Galeni dicendi consuetudini; cf. 188,9; 189,1; 386,8; 498,2; 577,3; 626,6; 637,11; 638,8. (569,13 καὶ μὲν δὴ καὶ in FP solis obvium nullam habet auctoritatem, sed cum ceteris codicibus καὶ μέντοι καὶ scribendum est.)

440,10 deest τε quod ne in L quidem exstat neque necessarium est.

446,12 περιγίγνεσθαι (cf. L)

456,7 ὅτε corr. in ὅ m. pr.

460,13 οὐδὲ

469,5 λογιστικὴν per compendium scriptum, non λογικὴν, quod tamen cum Peterseno (p. 27 [1]) restituendum esse apparet.

471,7 θηρίου, non θηρίον; cf. L

474,4 ἐνόντα τὸ δὲ δή, non ἐνόντος (αὐτὸ) δὲ δή. deceptus est Petersenus folii 57^{v} versus primi frustulis folio 58^{r} adhaerentibus.

476,12 ζητουμένου, non ζητημένου

482,9 ἀγριούμενός, non ἀγριούμενον

483,6 πινῆν

498,10 καὶ α^{τ}ὖ id est αὐτὸ, non αὐτὸν

516,3 ἔγραψ(α), non ἔργαψ(α)

534,6 τὸ τουτὶ τὸ σπλάγχνον

540,14 τὰ bis

580,4 καὶ alterum bis

589,7 ἑξεῖς ut videtur

590,14 τινες

596,9 γεγενημένου, non γεννημένου

598,7 μὲν γ ἀ ρ αὐτοῦ. — γὰρ quod per compendium vulgare scriptum satis clare dispicitur recipiendum esse mihi videtur. de participiis ἔχον et περιεχόμενον cf. exempla ad 293,1 collata, in quibus haud raro verbum substantivum omissum est; accedit quod hoc loco ἐστι facillime ex sententia primaria continuatum auditur.

600,9 καὶ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς bis

604,12 παμπόλαις

606,12 (fol. 87^{v}1) εἰς ἀ<...^{s} Quae a Peterseno enotata sunt puncta duo supra versum posita non ad hunc locum pertinent, sed ad verbum ἐπϊρρεῖ (608,14) quod invenitur in folii 88^{r} versu primo. littera cui terminationis -ης compendium superpositum est, certo dignosci non iam potest; sed τ eam fuisse vix ego cum Peterseno crediderim. eam vero litteram quae post ἀ olim exstabat vestigiis accurate consideratis affirmaverim φ fuisse. quae si recte vidi, vix aliud quidquam exstitisse potest

nisi *εἷς ἀφανής* quod speciem quandam veri prae se fert; nam si praemissum erit unum cerebri meatum eumque visu difficilem ad dorsi medullam pertinere, eo facilius intellegemus quo modo Erasistratus in eum errorem inductus sit de quo Galenus hoc loco agit (*καθ' ὃ μέρος* [intellege *κατὰ τὴν πρώτην ἔκφυσιν τοῦ νωτιαίου*] *μάλιστα τῆς παχείας μήνιγγος τρωθείσης ὁ πόρος ὅλος γίνεται γυμνὸς ἅμα τῷ πέρατι τῆς ὄπισθεν ἐγκεφάλου κοιλίας, ὅπερ οὐχ ἥκιστα τὸν Ἐρασίστρατον ἠπάτησεν, ὡς οἰηθῆναι διὰ τὴν τῆς μήνιγγος τρῶσιν ἀκίνητον αὐτίκα γενέσθαι τὸ ζῷον*). sed de hac re videant qui rerum anatomicarum periti sint; tantum addo *ἄντικρυς* vel *ἀτενές* quod coniecerunt Ilbergius et Immischius (*Berl. philol. Wochenschrift* 1889, 1262) in Hamiltoniano quidem codice non exstitisse.

608,14 *μὲν ἔνεστιν* quod non est cur non recipiamus.

618,1 *γοῦν κατ' αὐτὸν ἡ μὲν θερμασία*, non *γ. κ. α. ἡ θερμασία*

627,1 *ἀέρος τὲ καὶ*. sine dubio *τε* recipiendum est coll. 148,1 *μεταξὺ τῶν δακτύλων λιχανοῦ τε καὶ μεγάλου*; 149,6 *μεταξὺ τοῦ πέμπτου τε καὶ ἕκτου*; ib. 9; 208,5; 292,2; 620,5; 682,5 aliisque locis permultis.

637,8 *τοῦ τοίχου*. — *τοῦ τείχους* Charterii error est qui in Kuehnii et Muelleri editiones transmigravit.

639,10 *ἀρετῶν* (non *ὀρεκτῶν*) corr. in *ὁρατῶν*

646,11 *ἐν κύκλῳ δ' αὐτῷ*, non *αὐτῶν*. deceptus est Petersenus compendio terminationis *-ων* quod ad articulum *τῶν* pertinet.

663,16 *πηληϊάδεω καὶ τὸ ἀχιλλῆος*, non *πηληϊάδεω ἀχιλλῆος*

676,7 *αὐτῶν*. exstat igitur quod Petersenus (p. 62) coniectura invenit.

684,4 *ὀστῶν*

691,4 *τούτων*

693,8 *τῷ χειμῶνι* (*τῇ* typoth. err. apud Muellerum)

696,3 *τοτέ*

698,8 *αὐτῶν*

699,9 *συμβαίνει*

705,10 ὑπαλλάτων, non ὑπαλάτων

708,14 π(η)γὴν μὲν οὖν πάνυ καλῶς εἶπεν quod nemo negabit verum esse quippe cui aptissime respondeat 709,7 οὐ μὴν πυρός γε πηγήν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφύτου θερμοῦ βέλτιον ἦν εἰρῆσθαι; cf. quae de particulis μὲν — οὐ μὴν (... γέ) infra ad 569,13 adnotabo et 783,12 τοῦ ζητήματος ἡ λύσις οὐ πάνυ τι σαφῶς εἴρηται τῷ Ἱπποκράτει et SM I 125,10 πάνυ μὲν οὖν καλῶς.

736,11 ἀλλήλοις scriptum est ab eo quem Petersenus (p. 14) recte observavit vestigia litterarum evanidarum secutum inepta locis quibusdam superscripsisse; prima vero manu scriptum erat quod etiamnunc dispicitur ἀλλήλων. quod sine dubio retinendum est quia in his libris πλησίον undecies invenitur cum genetivo coniunctum (152,9; 154,15; 193,5; 200,9. 13; 201,7. 9; 215,15; 379,11; 605,16; 680,2), cum dativo semel (237,13). in aliis quoque libris Galenianis dativum ter inveni (III 722,10; IV 277,4; ib. 317,3 τῷ μὲν γὰρ στομάχῳ πλησιαίτερον ἡ ῥάχις τοῦ στέρνου, quo loco facile vides cur dativum praetulerit Galenus), saepissime genetivum: I 504 (66,18); II 723,11; 730,5; III 272 (9,27); 285 (18,12); 434,10 s.; 709,14; 724,15; IV 320,4; 321,16; 326,16; 342,1; 554,2; VIII 812,1; IX 475,4; X 118,2; XII 312,13. 16.

738,10 non exstitit τ' ἐφεξῆς quod Petersenus (p. 34 [4]) coniecit; ego dispicere mihi videor litteras τουν......; videtur igitur τοὐντεῦθεν scribendum esse. neque opus est particula τε, cum προγυμνάσας .. καὶ δείξας (v. 7 s.) participio μεταβὰς non adiuncta sint, sed subiuncta; cf. 821,8 δείξας οὖν ὁ Πλάτων κἀνταῦθα τὴν ὁμοιότητα.., ἐφ' ἑτέραν ἀντιλογίαν .. μεταβὰς ἐπιδείκνυσι κἀκείνην κατὰ τὸ μὴ δύνασθαι διακρίνειν τὴν ὁμοιότητα τῆς ἀνομοιότητος ἐσομένην.

752,8 δὲ · ἄρ', non δ' ἄρ'

753,3 ἄρα τοιαῦται

754,14 προγυμναστικῷ

755,5 *τοῖσι χρὴ τοῖς* (sic AB, corr. Ch)
756,9 *ἐς*, non *εἰς*
782,5 *ἐς ἀξίην*, non *ἐς ἀξίαν*
787,4 *ἥσσων*
788,10 *ἐν τοῖσιν*
            τρ'   *τρ'*
790,7 *πλαδαρῳ*, non *πλαθαρῳ*

II.

155,10 *καὶ οὐδὲν οὐδ' ἐνταῦθα δέομαι διέρχεσθαι τὸν τρόπον τῆς νομῆς* (scil. *τῶν ἀρτηριῶν*).

Minime necessarium est quod Marquardtius (*Philol. Anzeiger* VII 1876 p. 90) postulat, ut coll. 154,13 s. (*τὸν τρόπον τῆς διανομῆς*) scribatur *διανομῆς* pro *νομῆς*, quod non minus recte dictum esse apparet coll. 167,5 (*ὑπόμνημα*) *τὴν τῶν νεύρων εἰς αὐτοὺς* (*τοὺς μῦς*) *νομὴν διηγούμενον*; IV 264,2 *πρόσεχέ μοι τὸν νοῦν ἐπιμελῶς ἐξηγουμένῳ τὴν δικαιοσύνην τῆς νομῆς* (*τῶν νεύρων καὶ ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν*); 266,12; 313,8 *μεταβαίνειν ἤδη καιρὸς ἐπὶ τὴν τῶν ἀγγείων νομήν*; ib. 18; 328,2; 339,5; 342,6. 14 *ἡ εἰς τὰ ἔντερα νομὴ πᾶσα τῶν φλεβῶν*; 344,5.

III.

159,6 *οὗτος γοῦν* (*ὁ Ἀριστοτέλης*) *ἐστιν ὁ διδάξας*[1]) *ἡμᾶς εἰς τὴν ἐνέργειάν τε καὶ χρείαν ἀποβλέπειν ἑκάστου τῶν ὀργάνων, οὐκ εἰς τὴν κατασκευήν, ἐπειδὰν ὅ τι ποτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ εἶναι σκοπώμεθα. τῷ γοῦν ὀφθαλμῷ, ἵνα ᾖ, τί ποτ' ἔστιν ἐρωτηθέντες ἀποκριναίμεθα 'ὀργάνῳ ὀπτικῷ'.*

Exscripsi locum fere talem qualis in C legitur. in quo verba *ὅ τι ποτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ εἶναι* (pro quo *ὄργανον* scripsit Muellerus) quid habeant offensionis fateor me non intellegere; immo optime confirmari mihi videntur eis quae Galenus addit: *οὐ γὰρ*

---

[1]) cf. de anima 416ᵃ 4 *ὡς ἡ κεφαλὴ τῶν ζῴων, οὕτως αἱ ῥίζαι τῶν φυτῶν, εἰ χρὴ τὰ ὄργανα λέγειν ἕτερα καὶ ταὐτὰ τοῖς ἔργοις.*

δὴ τό γ' ἐκ τοσούτων τε καὶ τοιούτων ὑγρῶν χιτώνων τε καὶ ὑμένων καὶ μυῶν ὡδί πως συγκειμένων κατεσκευάσθαι τὴν οὐσίαν αὐτὴν εἶναι βούλεται τῶν ὀφθαλμῶν ὁ Ἀριστοτέλης. in proximis vero verbis vitia latere apparet. atque primum quidem pro *ἀποκριναίμεθα* cum Muellero *ἀποκριναίμεθ' ἂν* scribendum esse veri simile est. idem pro *ἵνα ᾖ* leni mutatione scripsit *ἵν' ἂν ᾖ*, quod confirmari videtur eis quae III 629,8 leguntur: *ὅ τι ἂν ὀπτικὸν ὄργανον ᾖ, τοῦτ' ὀφθαλμὸν ὀνομάζομεν οὐκ ἐὰν ἐν τῇ κεφαλῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν στέρνων ᾖ τεταγμένον*; sed si accuratius rem reputaveris, facile intelleges hoc quidem loco plane nihil esse cur urgeatur oculum ubicumque sit videndi instrumentum esse, sed id agere Galenum ut doceat oculum esse eam corporis partem quae videndi munus praestet quomodocumque sit composita atque instituta (cf. 159,8. 11 ss.; 160,10 ss.). itaque alia circumspicienda est huius loci medela. atque id maxime spectandum esse existimo ut dativi *τῷ ὀφθαλμῷ* et *ὀργάνῳ ὀπτικῷ* quantum fieri possit intacti relinquantur; nam cui verba illa legenti non in mentem venit formularum illarum quibus Aristoteles significare solet rei substantiam, de qua ipso hoc loco agitur? [1]) magnopere igitur cavendum est ne dativis illis temere mutatis illam sermonis Peripatetici proprietatem deleamus. haec cum deliberarem, quid verum esset me docuit Dielesius. proposuit enim ut scriberetur *τὸ γοῦν ὀφθαλμῷ εἶναι τί ποτ' ἔστιν ἐρωτηθέντες ἀποκριναίμεθ' ἂν 'ὀργάνῳ ὀπτικῷ'*. qua emendatione omnes difficultates elegantissime removeri mihi videntur; nam in hiatu hoc loco minime offendet qui Galenum, si vocabulis philosophiae Aristoteleae propriis uti volebat, ne potuisse quidem aliter loqui reputaverit; praeterea conferas Peterseni normam p. 52 num. 8.

Paulo post (v. 15) cur Muellerus pro *οὐδὲ* (*οὐ δὲ*) quod rectissime legitur in C scribere maluerit *οὐκ*, ego non exploravi.

---

[1]) cf. Bonitz. ind. Arist. 221 a 34 ss.

IV.

171,13 *περὶ τῆς ἐγώ φωνῆς ἐπέδειξα τὸν Χρύσιππον ἐτυμολογοῦντα μοχθηρῶς* (C; *ψευδῶς* MA).

356,7 *ἐπειδὰν δὲ τόδε τι τὸ ὑπὸ τοῦδε λεγόμενον ἐπιμεμφόμενοι φάσκωσιν ἄλογον, οὐχ ὡς οὐδένα λόγον ἔχον, ἀλλ' ὡς μεμπτέον καὶ μοχθηρῶς* (C; *πονηρῶς* H) *ἔχον οὕτως ὀνομάζουσιν.*

Adiectivum *μοχθηρὸς* et adverbium *μοχθηρῶς* a Galeno saepissime usurpari et magnopere quasi amari nemo nescit qui unum eius librum perlegerit; praecipue vero haec verba dici de perversis vel absurdis animi motionibus consuetudinibus, opinionibus sententiis, rationibus argumentis satis apparet ex hisce exemplis: 359,14 *τὸ.. οἰηθῆναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι... ἁπάσας... τὰς ἐνεργείας καὶ κατὰ μέρος κινήσεις* [*ἐκ*] *τῆς ψυχῆς, ὅσαι τῆς ἡδονῆς ὡς τέλους στοχάζονται μοχθηρῶς, μοχθηρὰς.. ἐξ ἀνάγκης ἔχει καὶ διημαρτημένας* (cf. SM II 71,14); 483,8 *ἐνδέχεται.. τοῦτο* (*τὸ θυμοειδὲς*) *μοχθηρῶς διακείμενον ἀπειθῶς κινεῖσθαι τῷ λογισμῷ*; 444,2 *δι' ἀμαθίαν καὶ μοχθηροὺς ἐθισμοὺς ἐμπαθῶς ἀναγκάζεσθαι ζῆν τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους*; 292,14 *δοξῶν ἀποστῆναι μοχθηρῶν*; 342,11 *τὰ.. ἁμαρτήματα μοχθηραὶ κρίσεις εἰσί* (cf. 357,9; 359,12; 377,6); 777,13 *ἐπιγράφουσιν ... μοχθηρῶς*; SM II 112,8 *πάνυ τι μοχθηρῶς εἰρημένον*; XVII A 638,10 *τὰ ὡς μαρτυροῦντα γεγραμμένα φθάνω δείξας ὅπως ἐστὶ μοχθηρά*; SM II 112,18 *ἐξήγησιν ἀφορισμοῦ μοχθηράν*; 206,5 *τὸ γὰρ 'εἰ δ' ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα* (*ἡ φωνή*), *οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει' μοχθηρῶς ἔχει τὴν ἀπό πρόθεσιν ἐγκειμένην τῇ ῥήσει*; 436,7 *τὰς θεραπείας τῶν παθῶν ὀρθῶς μὲν ὁ Πλάτων ἔγραψεν.., μοχθηρῶς δ' ὁ Χρύσιππος*; 165,3 *ἀνατομικὰ θεωρήματα μοχθηρῶς γεγραμμένα*; 184,14 (*τοὺς Στωϊκοὺς*) *μοχθηραῖς ὁδοῖς ἐπιχειρημάτων ἐντεθραμμένους* (cf. 185,1. 10; 330,2; I 77 [261,12]); 190,9 *τὸ δ' ἀπὸ τῆς θέσεως μόνης ὁρμᾶσθαι μοχθηρόν* (cf. X 117,7); 314,8 *τὸν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ἐρωτηθέντα λόγον... μοχθηρὸν ἐπεδείξαμεν* (cf. 224,3; 359,9; 776,16; SM II 116,10; XVII B 33,14; 72,11); 445,3 *μοχθηρὰν ὑποβαλλόμενος τῷ λόγῳ τὴν κρηπῖδα.* itaque ego dubito num recte Muellerus altero loco quem pro-

posuimus *ψευδῶς*, altero *πονηρῶς* e codice M receperit; nam etsi Dielesius monuit (in ephem. litt. Jen. 1875 num. 9) codicem C interpolationum plenum esse, tamen his quidem locis haud invenio qua quis causa adduci potuerit, ut pro adverbiis tritissimis *ψευδῶς* et *πονηρῶς*, si in textu archetypi fuissent, inculcaret vocem illam exquisitiorem *μοχθηρῶς*; contra ut ad *μοχθηρῶς* interpretandi causa *ψευδῶς* vel *πονηρῶς* adscriberetur et pro correctione habitum in textum reciperetur, facile fieri potuisse mihi videtur. ceterum non nimis contemnendas esse codicum CL lectiones iam Petersenus (p. 18) recte monuit; id quod mihi in eam quoque codicum discrepantiam cadere videtur quae invenitur 186,14. comparatis enim his locis

186,12	294,14	328,7
ὅσα δ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων δοξῶν εἴτ' οὖν ἰδιωτῶν εἴτε ποιητῶν εἴτ' ἐξ ἐτυμολογίας τινὸς εἴτε ἐξ ἐπινευμάτων ἢ ἀνανευμάτων (C; *εἴτε ἐκ νευμάτων εἴτε ἐξ ἐπινευμάτων* MA[1]) *εἴτ' ἐξ ὅτου δή τινος ἑτέρου τοιούτου λαμβάνεται λήμματα, τοῦ τρίτου γένους ἔσται ταῦτα*	*τοὺς λόγους οἳ τὸ πιθανὸν ἔχουσι καὶ οὐχὶ ἀπόβλητοι τελέως εἰσὶν οὐδὲ γυναῖκας οὐδ' ἰδιώτας οὐδ' ἐτυμολογίας ἢ φορὰς χειρῶν ἢ ἐπινεύσεις ἢ ἀνανεύσεις κεφαλῆς ἢ ποιητὰς ἐπικαλοῦνται μάρτυρας*	*εἰ ταύτην τὴν ὁδὸν ὁ Χρύσιππος ἐτράπετο παρελθὼν τὴν κατὰ τοὺς μύθους τε καὶ τὰς ἐτυμολογίας ἀνανεύσεις τε καὶ κατανεύσεις κεφαλῆς καὶ χειρῶν κινήσεις καὶ χειλῶν σχήματα καὶ ποιητῶν μαρτυρίας ἅμα γυναιξὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδιώταις*

vera esse existimo quae C praebet, ex quibus lectionem codicis M et editionis A ita corruptam esse conicio, ut primum pro *ἐξ ἐπινευμάτων* per errorem scriberetur *ἐκ νευμάτων*, postea quod a correctore in margine adscriptum erat *εἴτε ἐξ ἐπινευμάτων*, cum ad verba *ἢ ἀνανευμάτων* pertinere falso putaretur, pro his reciperetur in textum.

Accedunt alii loci duo quibus codicum CL lectiones recipiendas esse mihi persuasum est:

356,10 Galenus, postquam de adiectivorum ab *ᾱ* privativo incipientium duplici significatione egit, *ἄλλο δὲ τρίτον* inquit *ἢ*

[1]) sic enim ea quae in Muelleri adnotatione critica leguntur corrigenda esse apparet comparatis ceteris editionibus.

καὶ νὴ Δία τέταρτον, ὡς οὗτοι (οἱ περὶ Χρύσιππον) βιάζονται, σημαινόμενον οὐκ ἔστιν ἐν ἔθει τοῖς Ἕλλησιν ὧν C (ὅ H) *ἐξηγεῖσθαι τὴν φωνὴν ἐπαγγέλλονται.*

Pronomen ὅ quod in H post *Ἕλλησιν* legitur corruptum esse apparet; nec vero repudiandum erat Muellero quod C exhibet *ὧν* (scil. *τῶν Ἑλλήνων*) *ἐξηγεῖσθαι τὴν φωνὴν ἐπαγγέλλονται* (*οἱ περὶ Χρύσιππον*), quod quin unice verum sit nemo dubitabit qui meminerit cum omnes Stoicos in explicandis et distinguendis verborum significationibus multos fuisse tum Chrysippum *περὶ τῶν ἐτυμολογικῶν πρὸς Διοκλέα ζ'* et *ἐτυμολογικῶν πρὸς Διοκλέα δ'* scripsisse (Laert. Diog. VII 200); quorum in his studiis ineptias Galenus haud inficete castigat libri de pulsuum differentia secundi capite decimo, ex quo haec adscribere satis habeo (VIII 630,7 ss.): *ἐγὼ νῦν οὐ παρὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων ἀναμιμνήσκω . . ., ἀλλὰ παρ' αὐτῶν τούτων τῶν ψευδοδιαλεκτικῶν · τοὺς γὰρ ἐ π α γ γ ε λ λ ο μ έ ν ο υ ς μὲν ἐ ξ η γ ε ῖ σ θ α ι τ ὰ ς ἐ ν ν ο ί α ς τ ῶ ν ὀ ν ο μ ά τ ω ν καὶ ταύτην ἀρχὴν τῆς διαλεκτικῆς θεωρίας τιθεμένους, οὐκ ἐξηγουμένους δέ, ἀλλὰ νομοθετοῦντας μόνον οὕτως ὀνομάζειν εἴωθα . . . ἀλλ' ἐὰν σιωπήσῃς νομοθετούντων καὶ μηδόλως ἀντείπῃς, εἶτ' ἐπιτρέψῃς περί τινος διαλέγεσθαι, παραχρῆμα ταῖς ἑαυτῶν νομοθεσίαις ἐναντία φθέγγονται · πολὺ δὲ τοῦτ' ἔστι π α ρ ὰ τ ῷ π ρ ο π ά π π ῳ τ ῆ ς α ἱ ρ έ σ ε ω ς α ὐ τ ῶ ν Χ ρ υ σ ί π π ῳ · νομοθετεῖ μὲν γὰρ ὀνόματα πλείον' ἢ Σόλων Ἀθηναίοις τὰν τοῖς ἄξοσι νομίσματα* (cf. Cobetus Mnem. N. S. II 452), *συγχεῖ δ' αὐτὸς πρῶτος αὐτά.* de eodem paulo post *νυνὶ δὲ τὸ δεινότατον* inquit *οὔτε γεννηθεὶς Ἀθήνησιν οὔτε τραφείς, ἀλλὰ χθὲς καὶ πρῴην* (*πρώτως* editur; corr. Cobet. l. l.) *ἥκων ἐκ Κιλικίας, πρὶν ἀκριβῶς αὐτὸν ἐκμαθεῖν ἡντινοῦν Ἑλλάδα φωνήν, Ἀθηναίοις ὑπὲρ ὀνομάτων ἐπιχειρεῖ νομοθετεῖν.*

455,9 *καθησυχάσαντος αὐτοῦ (τοῦ παθητικοῦ) καὶ μέτρια κινουμένου κρατεῖν ὁ λογισμὸς ἤδη δύναται ὥ σ π ε ρ ε ἰ κ α ὶ* (sic L, *εἰ* om. H) *ἵππου τινὸς ἐκφόρου τὸν ἐπιβάτην ἐξενεγκόντος βιαίως, εἶτα κάμνοντός θ' ἅμα τῷ δρόμῳ καὶ προσέτι καὶ ἐμπλησθέντος ὧν ἐπεθύμησεν αὖθις ὁ ἡνίοχος ἐγκρατὴς κατασταίη.*

Recipiendum esse quod L praebet *ὥσπερ εἰ καὶ* intellegitur coll. 495,7 *πολλάκις μὲν γὰρ ἕπεται τῷ θυμοειδεῖ τὰ λοιπὰ δύο, πολλάκις δὲ τῷ ἐπιθυμητικῷ καθάπερ ἑλκόμενά τε καὶ συρόμενα παραπλήσιον τρόπον, ὡς εἰ καὶ ξυνωρίδος ἵππων ὁ μὲν ἕτερος ἰσχυρότερον ᾄξας ἐπισύρει τὸν ἕτερον . . ., ὁ δ' ἕτερος ὑπ' ἀσθενείας ἕπεται*; 799,1 *αἰτία δέ τις ἄλογός τε καὶ ἄτεχνος εἰργάσατο κατὰ τύχην οὕτω καλὸν αὐτόν (τὸν κόσμον), ὡς εἰ καὶ θεὸς ἐπεστάτει τῇ κατασκευῇ*; 672,18 *τὸ αἰσθητὸν τουτὶ πῦρ ἀθρόον ἄθροισμα νομίζει (ὁ Πλάτων) σμικρῶν εἶναι σωμάτων τὸ σχῆμα πάντων ἐχόντων πυραμίδος· ἐκείνων οὖν ἕκαστον στοιχεῖον εἶναί φησι τοῦ πυρός, ὡς εἰ καὶ τοῦ τῶν πυρῶν σωροῦ στοιχεῖον ἔλεγεν εἶναί τις ἕκαστον τῶν πυρῶν*; XI 388,18 *μικτὸν ἤδη τὸ τοιοῦτόν ἐστι καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὕδωρ, ὥσπερ εἰ καὶ σὺ βουληθείης αὐτὸς ἢ ἁλῶν ἢ στυπτηρίας ἤ τινος ἑτέρου τοιούτου μῖξαι συχνὸν ὕδατι ποτίμῳ*. nec minus coll. 728,3 (*ἀλλ' εἰ καὶ ζῷον . . διψῆσαι ποιήσεις, ὡς κεχρωσμένον ὕδωρ ὑπομεῖναι πιεῖν . . εὑρήσεις κεχρωσμένον τὸν πνεύμονα*) verum esse existimo quod 558,12 legitur: *ὥσπερ οὖν εἴ τις ὑπὸ νεύρων ἢ ὑμένων ἢ ὀστῶν ἢ χόνδρων ἢ πιμελῆς ἢ ὅλως ἀναίμου σώματος ἔφασκε γίνεσθαι τὸ αἷμα, κατέγνωμεν ἂν ἑτοίμως αὐτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον εἰ καὶ τοῖς τῶν φλεβῶν χιτῶσι κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἀναφέροι γένεσιν αἵματος*, ubi *καὶ* deletum est a Muellero; at ex eis quae attuli exemplis satis apparere mihi videtur *καὶ* illud quasi attrahi a coniunctione *εἰ*.

V.

179,4 *τὰ μὲν ἐπιστημονικὰ λήμματα πρὸς τὴν οὐσίαν ἀναφέρεται τοῦ ζητουμένου καὶ τοῦτον ἔχει τὸν σκοπόν· τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων ἔξωθεν ὄντων ὅσοις μὲν ὁ διαλεκτικὸς εἰς τὸ γυμνάσασθαι χρῆται καὶ σοφιστὰς ἐξελέγξαι καὶ πεῖραν λαβεῖν μνήσεως μειρακίου καὶ μαιεύσασθαι καὶ προσαγαγεῖν ἐπί τινος εὕρεσιν ἀπορῆσαί τε ποιῆσαι . . . διορίζειν . . ταῦτα πειρῶ τῶν ἐπιστημονικῶν*.

μνήσεως quod codices exhibent verum esse vix quisquam putabit; sed ne *μαιεύσεως* quidem quod Muellerus proposuit

probari posse mihi videtur quippe quo recepto cogamur verba *καὶ μαιεύσασθαι* eicere quae per se plane nullam habent offensionem. ego quidem *μνήσεως* lenissima corruptela ortum esse conicio ex *μαθήσεως* hunc sensum inesse ratus 'ut experiatur pueri scientiam'.

Iam Galenus ad eas sumptiones quae clarorum virorum exemplis et testimoniis nituntur transiens *ταῦτ' εἰ βούλοιο* inquit *πιθανά τε καὶ ῥητορικὰ προσαγορεύειν, οὔ μοι μέλει τῆς κλήσεως, γνωρίζειν δ' αὐτῶν χρὴ πειρᾶσθαι τὴν φύσιν.* haec verba Petersenus (p. 53) collatis eis quae praecedunt (*ταυτὶ μὲν ἅπαντα διαλεκτικά τε κάλει, εἰ βούλοιο, καὶ γυμναστικὰ καὶ τοπικά, τῶν γὰρ ὀνομάτων οὐ φροντίζω*) hunc in modum corrigenda esse existimavit: *ταῦτ', εἰ βούλοιο, πιθανά τε καὶ ῥητορικὰ προσαγόρευε, οὐ ⟨γάρ⟩ μοι μέλει τῆς κλήσεως.* at ego quidem non video cur Galenus non potuerit eis quae tradita sunt verbis uti, ut in altero membro orationis formam paulum mutaret; nam quod Petersenus putat pro *πιθανά τε καὶ ῥητορικά* dicendum fuisse *πιθανὰ ἢ* vel *εἴτε ῥητορικά*, verum id quidem est plerumque ita loqui Galenum ut ille vult (334,8; 408,11; 468,10; 499,7; I 488 [55,5]) sed haud raro particulae *τέ . . καί* ab eo positae inveniuntur ubi nostrae dicendi consuetudini magis convenit *ἤ*, velut 195,3 (*ἐπιδείξομέν σοι*) *τὴν γλῶτταν ἕτερον ὄργανον οὐ φωνῆς, ἀλλὰ διαλέκτου τε καὶ διαλέξεως, ὁποτέρως ἂν ὀνομάζειν ἐθελήσαις* (sic codd. et edd.; et 618,5 *ὁμοίως γοῦν τοῖς νεύροις καὶ αὗται* (*αἱ ἀρτηρίαι*) *διατμηθεῖσαί τε καὶ βρόχῳ διαληφθεῖσαι ἄσφυκτοι γίνονται* (cf. 225,15 *ἢ τέμνειν ἢ θλᾶν ἢ βρόχοις διαλαμβάνειν*; 226,10; 227,1; 228,3. 12; 506,12; 508,3; 519,10). nec dissimilia sunt haec exempla: *χολῆς τῆς ὠχρᾶς τε καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης* (I 498 [62,3]); *τὰς ἐκκριτικάς τε καὶ προωστικάς ὀνομαζομένας ἐνεργείας* (III 329 [47,13]); *τὸν κίονά τε καὶ γαργαρεῶνα προσαγορευόμενον* (VI 865 extr.). praeterea utiliter comparantur ea quae Galenus 635,6 dicit *οὐ μὴν οὐδ' ἀρκεῖ λείαν ἢ τραχεῖαν ἐν τῷ σώματι γενέσθαι κίνησιν εἰς ἡδονῆς ἢ πόνου γένεσιν, ἀλλὰ χρὴ προσελθεῖν αἴσθησιν ἑκατέρᾳ τῶν τοιούτων κινήσεων· εἰ δὲ καὶ τὴν διάθεσιν αὐτὴν ἐθέλοις*

καλεῖν ὀδύνην ἢ πόνον, οὔ μοι διαφέρει· μόνον γὰρ ἀξιῶ σε μεμνῆσθαι τοῦ διαφέρειν ἀλλήλων τήν τε διάθεσιν, ἣν ἴσχει τὰ σώματα τῆς φύσεως ἐξιστάμενα, καὶ τὴν αἴσθησιν αὐτῆς. neque enim hic locus recte redditus est in Bernardi Feliciani versione Latina a Muellero emendata, cum non id dicat Galenus nihil referre dolor an labor vocetur affectio (*διάθεσις*) illa, sed haec sit sententia: 'accurate si dicere voles, non debebis solam illam affectionem dolorem vel laborem nuncupare, sed affectionem cum sensu (*αἰσθήσει*) coniunctam; quamquam vocare si ita vis, nihil refert ('*es liegt nichts daran, wenn du die διάθεσις so oder so nennen willst*', non '*ob*'); neque enim urgenda sunt nomina, modo res teneatur.'

Omnino latissime patere particularum *τέ .. καί* usum et ex eo loco quem modo laudavimus apparet, in quo est *διαφέρειν ἀλλήλων τήν τε διάθεσιν .. καὶ τὴν αἴσθησιν αὐτῆς* et ex aliis multis: 216,4 *διακρίνειν δυνάμεθα τόν τ' ἀληθῆ καὶ τὸν ψευδῆ λόγον*; 651,15 *οὓς λόγους διαιροῦμεν εἴς τε τοὺς ῥητορικοὺς καὶ τοὺς σοφιστικούς*;[1]) 345,1 *ἐκ τῆς τῶν ἀναντῶν τε καὶ καταντῶν χωρίων διαφορᾶς ἔνεστι μαθεῖν*; cf. exempla praepositionis *μεταξὺ* cum *τέ .. καί* coniunctae supra (p. 7) allata. quibus locis consideratis dubito num recte *τε* eiectum sit a Muellero 590,7, ubi in codicibus legitur *κάλει δ', εἴπερ ἐθέλεις, καὶ τὴν ἐν .. τῷ ἐπιθυμητικῷ γινομένην ἀρετὴν σωφροσύνην αὖθις ἡμῶν ἐπισκεπτομένων περὶ τῆς κατ' αὐτὴν Ἀριστοτέλει τε καὶ Πλάτωνι γεγενημένης διαφωνίας*, quamquam a nostra cogitandi dicendique ratione illud *τέ .. καί* satis abhorret.

---

[1]) ceterum luce clarius est hoc loco (651,11—16) Galenum dicere se libro secundo demonstrasse ex illis Stoicorum ratiocinationibus ne eas quidem quae maxime probabiles esse viderentur ad demonstrandum aptas, sed alias dialecticas, alias rhetoricas et sophisticas esse: cf. 251,6 *ἴσως μὲν οὖν τοῦτ' αἴτιον αὐτὸ γενήσεται τοῦ ἐπαίνου, ἐπεί τοι οἱ* (*ἐπεί γ' οἱ* Petersenus p. 45) *μνημονεύοντες τῶν εἰρημένων ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ γινώσκουσιν ἡμᾶς τὸ ἰσχυρόν τε καὶ γενναῖον ὧν Χρύσιππος εἶπεν ἀνατρέποντας ἐάσαντάς τε τὸ ἀσθενέστατον ἐπιδεικνύειν αὐτοῦ τὰ σφάλματα.* mira invenies in Muelleri versione Latina.

VI.

Mirae illi Chrysippi ratiocinationi quae 172,5 ss. exstat et alia et haec Galenus opponit: primum quod de nobis ipsi loquentes saepe pectus digito monstremus, ex eo minime effici sedem animi esse in pectore; nam nasum ipsum quoque saepe attingi ab hominibus de se ipsis loquentibus (173,10—13; 175,5—12); deinde quod in assensionibus capite annuentes ipsa capitis inclinatione pectus monstremus, hac re in ea parte in quam inclinatio illa fiat animi principatum esse non magis demonstrari quam in ea ipsa quae inclinetur, id est in capite (175,12—15). recte igitur 183,8 ss. ubi haec argumenta repetit, *ἡ μὲν δεῖξις* inquit *οὐδὲν μᾶλλον ἐν τῇ καρδίᾳ ἢ ἐν τῇ ῥινί τε καὶ τῷ μετώπῳ (καὶ γὰρ καὶ ταῦτα δείκνυται πολλάκις ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων) ἐμφαίνει τὸ ἡγεμονοῦν εἶναι*; at quomodo dicere poterat ea quae iam sequuntur in editionibus: *ἡ δ' ἐπίνευσις οὐδὲν μᾶλλον ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἢ ἐν τοῖς κατὰ τὸν θώρακα* (scil. *ἐμφαίνει τὸ ἡγεμονοῦν εἶναι*)? immo cum non id ageret ut suam ipsius sententiam non magis quam Chrysippeam illis ratiocinationibus probari diceret, sed Chrysippeam non magis quam suam, sicut antea suam sententiam in altero membro collocaverat (*ἢ ἐν … τῷ μετώπῳ*), ita nunc etiam, ut id quod volebat recte pronuntiaret, aut dicendum ei erat: *ἡ δ' ἐπίνευσις οὐδὲν μᾶλλον ἐν τοῖς κατὰ τὸν θώρακα ἢ ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλήν* aut *ἡ δ' ἐπίνευσις οὐδὲν ἧττον ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἢ ἐν τοῖς κατὰ τὸν θώρακα*, quocum conferri potest quod de eadem re dicit 170,16 *ἃ περαίνει μὲν οὐδέν, ἀναλίσκει δὲ καὶ κατατρίβει μάτην ἡμῶν τὸν χρόνον … συγκαταβαινόντων τε καὶ συμπαλαιόντων αὐτοῖς ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι καὶ τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς ποιητὰς οὐδὲν ἧττον ἡμῖν ἢ ἐκείνοις μαρτυροῦντας.*

VII.

184,7 *κατὰ γὰρ τὰς ἰδίας αὐτῶν* (intellege *τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου*) *διδασκαλίας ὁ λόγος ἔσται μοι πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς ἀρχὴν* (sic M; *ὑπὲρ ἡγε-*

μονικοῦ καὶ ψυχῆς τὴν ἀρχὴν C) ἐν ἐγκεφάλῳ περιέχεσθαι, τῆς δὲ θυμοειδοῦς ἐν καρδίᾳ, τῆς δ' ἐπιθυμητικῆς ἐν ἥπατι.

Huic loco emendando qui operam dederunt, recte sine dubio profecti sunt a codicis M memoria; in C enim multo miserius hunc locum laceratum esse facile intellegitur. neque vero quae in A leguntur (ὑπὲρ τοῦ τὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς ἀρχὴν . . .) vera esse possunt, si intacta relinquimus ea quae sequuntur τῆς δὲ θυμοειδοῦς ἐν καρδίᾳ, τῆς δ' ἐπιθυμητικῆς ἐν ἥπατι; quid enim sibi volunt formae femininae? quod cum intellegeret Muellerus recepta editionis Aldinae lectione scripsit τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἐν καρδίᾳ, τοῦ δ' ἐπιθυμητικοῦ ἐν ἥπατι; quae mutatio quam aliena esset a probabilitate recte perspiciens Petersenus (p. 38) proposuit ut scriberetur τῆς δὲ θυμοειδοῦς ⟨δυνάμεως⟩. at mihi rectius esse videtur ei loco medicinam adhibere quem aegrum esse intellexeris; apparet autem in primo orationis triplicis membro cumulatis articuli formis mendum ortum esse.[1]) atque ita quidem facillime hunc

---

[1]) conferas velim hanc codicum discrepantiam, quae est in libro περὶ αἱρέσεων I 75 (260,6):

τῶν δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα cod. Mosquensis 283
τῶν τὰ μὲν τοιαῦτα „ Marc. app. V, 9
τῶν δὲ τὰ τοιαῦτα „ Laurentianus
τὰ δὲ τῶν μὲν τοιαῦτα „ Marc. 282,

ubi collatis eis quae antecedunt (τὰ μὲν . . . ὑπ' Ἀσκληπιάδου κατὰ τῆς ἐμπειρίας εἰρημένα . . . τὰ δ' ὑπ' Ἐρασιστράτου) cum Helmreichio scribendum esse videtur τὰ δ' (scil. εἰρημένα) ὑπὸ τῶν τὰ μὲν τοιαῦτα συγχωρούντων etc. — similiter res se habet III 308 (23,13 ss.), ubi etiam in novissima editione scriptum legimus τὸ δ' ἄνω καὶ κάτω πέρας αὐτοῦ (τοῦ περιτοναίου) τὸ μὲν ἄνω ταῖς φρεσὶν ὑποφύεται, τὸ δὲ κάτω τοῖς καλουμένοις ἥβης ὀστοῖς καὶ προσέτι τοῖς τῶν λαγόνων· καὶ τοίνυν καὶ ἀμφιέννυται τῶν κατὰ ταῦτα τεταγμένων ὀργάνων τὸ μὲν ἄνω μέρος τῆς γαστρὸς καὶ τοῦ ἥπατος ὑπὸ τοῦ ταῖς φρεσὶν ὑποφύντος, τὸ δὲ κάτω τῆς τε κύστεως καὶ τῶν ἐντέρων ὑπὸ τοῦ τῆς ἥβης ὀστοῦ; quae extrema verba ex codicibus ab Helmreichio recepta esse magnopere miror. qui enim quaeso 'pubis osse vestiri' possunt vesicae et intestinorum partes inferiores? immo comparatis eis quae praecedunt (τὸ δὲ κάτω [scil. πέρας τοῦ περιτοναίου] τοῖς καλουμένοις ἥβης ὀστοῖς [intell. ὑποφύεται]) apparet in editione Aldina, quam in hoc libro recensendo codicis instar habendam esse ipse Helmreichius (p. 5) docuit, rectissime legi ὑπὸ τοῦ τοῖς τῆς ἥβης ὀστοῖς

locum restitui posse existimo ut scribatur *ὑπὲρ τοῦ τὴν τῆς μὲν*[1]) *ἡγεμονικῆς ψυχῆς ἀρχὴν* servatis ceteris verbis. sic enim interdum Galenus loquitur, ut e. g. pro *τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς* dicat *ἡ θυμοειδὴς ψυχή* (SM II 35,7; 36,7); cf. 502,7; 505,4; SM II 35,9; 36,3. 8; III 501,12 (*ἐπιθυμητικὴ ψυχή*); — 502,11; 505,5; 827,8; SM II 34,18. 23; 35,6; 36,4. 7; 38,18 (*λογιστικὴ ψυχή*); III 308 (33,17 *θρεπτικὴ ψυχή*). haec qui dixit, quidni idem dixerit *τῆς ἡγεμονικῆς ψυχῆς* pro *τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς*? mendum vero quomodo ortum sit sic fere explicandum esse puto: conicio primum librarium aliquem omisso e tribus articulis uno scripsisse *ὑπὲρ τὴν τῆς ἡγεμονικῆς ψυχῆς ἀρχήν*, postea cognito errore *τοῦ* vel in margine adscriptum vel versui superscriptum esse, quod quis ad *τῆς* pertinere ratus facile adduci poterat ut scriberet *τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς*. certe simili modo per varios gradus morbus grassatus esse videtur.

VIII.

185,12 *ἄρξομαι πάλιν ἄνωθεν εἰς τὸ προκείμενον σκέμμα δεικνύναι, πῶς μὲν* <*ἄν* add. Muellerus> *τις ἐπιστημονικὰ λαμβάνοι λήμματα τὴν ἀληθινὴν ἀπόδειξιν συνιστάνοντα, πῶς δ' ἂν ταῦτα διακρίνοι τις ἀπὸ τῶν ἄλλων λημμάτων.*

Verborum ordinem a Muellero qui *δεικνύναι* post *ἄνωθεν* transposuit haud recte mutatum esse existimo, cum Galenus hoc dicere mihi videatur se quomodo quis sumptiones ad probandum aptas invenire easque ab aliis dignoscere possit demonstraturum esse quaestionis propositae de animae partibus ratione habita; simillime enim verbis insequentibus ait se earum sumptionum quae demonstrationem efficere videantur nec tamen efficiant naturam explicaturum esse *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου σκέμματος*, quocum cf. quae de hac ipsa re leguntur 651,16 *ἔπραξα δὲ τοῦτο . . . διὰ τοὺς ἑταίρους . . .*

(*ὑποφύντος πέρατος τοῦ περιτοναίου*) e regione positum ei quod modo dictum erat *ὑπὸ τοῦ ταῖς φρεσὶν ὑποφύντος*.

[1]) neque enim hoc videtur deesse posse.

βουλομένους ἐκ παραλλήλου τῶν λόγων ἔχειν τὰς διαφορὰς ἐφ' ἑνὸς προβλήματος, ἐσομένης τῆς γυμνασίας ταύτης εἰς πολλὰ χρησίμης. praepositio *εἰς* similiter usurpata invenitur 330,11 *ὅσα Χρύσιππος ἔγραψεν εἰς τὸ περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων δόγμα*; 434,2 *μεταβάντες .. ἐφ' ἕτερα τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων εἰς τὸ προκείμενον*; 353,11 *εἰ μὲν γὰρ εἰς πρόβλημά τις ἀπὸ στόματος ἐπικαίρου λέγοι.*

IX.

194,16 *ἐπιδείξομέν σοι τὸ τῆς φωνῆς ἴδιον ὄργανον, τὸν λάρυγγα ... καὶ μετὰ ταῦτα τὴν γλῶτταν ἕτερον ὄργανον οὐ φωνῆς, ἀλλὰ διαλέκτου τε καὶ διαλέξεως, ὁποτέρως ἂν ὀνομάζειν ἐθελήσαις.*

220,4 *οὐδὲν γὰρ διαφέρειν ἡγητέον, ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι.*

Hos locos haud temptatos esse a criticis est quod mireris; mihi quidem ut 733,13 (*ὅπως ἄν τις ἐθέλοι* H) et SM II 63,15 (*ὁποία τις ἂν εἴη* codd.), ita his quoque locis coniunctivi *ἐθελήσῃς* et *ἐθέλῃ* restituendi esse videntur, quippe qui soli grammaticae praeceptis satisfaciant; cf. 640,11 *μηδὲν διαφέρειν λέγων, ὁποτέρως ἂν ἑρμηνεύῃ*; 734,1 *ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν βούληται, συγχωροῦμεν αὐτῷ*; 583,9 *τῆς οἰκείας φύσεως ἢ οὐσίας ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ*; 598,1 *ἔννοιαν ἢ οὐσίαν ἢ φύσιν ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν*; 589,16 *κάλει τοίνυν, εἰ βούλει, τὴν μὲν ἐν τῷ λογιζομένῳ (ἀρετὴν) σοφίαν ἢ φρόνησιν ἢ ὅ τιπερ ἂν ἄλλο σοι δόξῃ* (*δόξῃ* H, *δόξει* M), *τὴν δ' ἐν τῷ θυμουμένῳ πάλιν ἀνδρείαν ἢ ὅ τιπερ ἂν ἄλλο βουληθῇς* (*βουληθ^* H, *βουληθῇ* M); 732,10; VII 109,8; IV 264,15; X 457,12; XVIII A 186,10. sed in aliis quoque libris Galenianis hic illic librariorum incuria genuina lectio inquinata est, velut VI 868,8 *ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι* et XI 219,1 *ὁποίαν ἄν τις ἐθέλοι τέμνειν φλέβα* legitur pro *ἐθέλῃ*.

X.

199,16 in codicibus haec leguntur: *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου κἀν τοῖς ἐφεξῆς αὐτοῖς διαλέξομαι, νυνὶ δ' ἐφ' ὅπερ ἔλεγον αὖθις*

ἐπάνειμι. in quibus *αὐτοῖς*, quod Muellerus uncis inclusit, haud minus verum esse mihi videtur quam illud *ἐκεῖνοι* quod 197,14 scriptum legimus, vel *οὗτοι* quo 356,11 significantur *οἱ περὶ Χρύσιππον* (cf. 355,1 *ἀναγκάζει γὰρ ἡμᾶς ... ἡ Χρυσίππειος ἑρμηνεία καὶ ταῦτ' ἐξηγεῖσθαι*). nempe adversarii illi de quibus 184,11—185,12 agitur, qui 190,8 s., 191,13 ss., 192,14 ss. commemorantur, qui tota hac argumentatione impugnantur, ita obversantur legentium animis, ut etiamsi non paulo ante de eis dictum sit, tamen illud *αὐτοῖς* ad eos pertinere unusquisque facile sentiat.

XI.

200,17 *τούτου γὰρ ὑποτεθέντος ὡς ἀληθοῦς, εἶτ' ἐκ τοῦ φαίνεσθαι προσληφθέντος ὡς ἐγκεφάλου ψαύει τὰ ὦτα, περαίνοιτ' ἂν ἤδη τὸ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ἐνεργείας ἐντεῦθεν ὑπάρχειν.*

Non erat necessarium coll. 210,6 ss. (*ὥστ' ἴσον ἔτι μένει τὸ ζητούμενον ἐξ ἀρχῆς οὐδὲν ἔκ γε τοῦ φαινομένου πρὸς οὐδέτερον τῶν δογμάτων ἐπικλῖναν*) similibusque locis (velut III 298 [26,27] *μαρτυρεῖται πρὸς τοῦ φαινομένου τοῦτο*) scribere *φαινομένου* pro *φαίνεσθαι*, quod non minus recte dictum esse apparet coll. I 483 (51,20) (*Ἱπποκράτης*) *ἐκ μὲν τοῦ φαίνεσθαι λαβών, ὅτι τὰ πλησιάζοντα σώματα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα πέφυκεν*, ubi infinitivus confirmatur verbis oppositis *ἐκ δὲ τοῦ προδεδεῖχθαι .. εἰδώς*.

XII.

211,17 *ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ τῆς λέξεως σχῆμα πεπανουργημένην ἀμφισβολίαν ἐπεσπάσατο (τὸ δεύτερον λῆμμα), τοῦ τετάρτου γένους ἐν τούτῳ μετέσχεν.*

Verba *ἐν τούτῳ* haud scio an iniuria deleverit Muellerus; saepius enim apud Galenum eiusmodi formulis sententiae secundariae in apodosi comprehenduntur; cf. 351,16 *ὅταν δ' ἐν αὐτοῖς οἷς φθέγγεταί τις ἐναντία τε καὶ παντοίως μαχόμενα συμπλέξῃ, συγχεῖ καὶ ταράσσει τὴν διδασκαλίαν ἐν τῷδε* et 618,16

ὅσον ἐπιλήϑη (τὸ νεῦρον), εὐϑὺς ἐν αὐτῷ τούτῳ τοσοῦτον ἀπεχώρησε τῆς ἐγκεφάλου φύσεως, ubi verba εὐϑὺς ἐν αὐτῷ τούτῳ a Muellero ipsa quoque eiecta haud minus recte dicta esse mihi videntur quam εὐϑὺς καὶ διὰ τοῦτο 619,2. similia inveniuntur post accusativum et genetivum quos dicunt absolutos 294,9 δόξαν .. τοῖς ἑταίροις ἄμεινον εἶναι μηδ' ὅσα παντάπασιν ἠδολέσχηται τῷ Χρυσίππῳ, μηδὲ ταῦϑ' ὑπερβῆναι παντελῶς... διὰ τοῦτο προσέϑηκα πάντα ταῦτα κατὰ τόδε τὸ βιβλίον et 560,8 (τοῦ ἥπατος) μεταβάλλοντός τε καὶ ἀλλοιοῦντος ἐπιτηδειοτέρα ἐν τῷδε γίνεται (ἡ τροφὴ) τοῖς μεϑ' ἧπαρ μορίοις.

XIII.

221,6 εἰ δέ γε πάνϑ' ὁμοίως ἐρωτηϑείη (τὰ τοῦ λόγου λήμματα), κατὰ μὲν τὴν ἐξ πρόϑεσιν ἐν τῷ προτέρῳ λήμματι γενήσεται τὸ ψεῦδος.

Cum appareret in eis quae v. 10—14 sequuntur Galenum proficisci ab ea ratiocinationis forma quam 219,11—17 proposuit, Cornarius primus offendit in verbis ἐν τῷ προτέρῳ λήμματι. neque enim de alia propositione loqui potest Galenus nisi de hac: ὁ λόγος ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεται (cf. 220,11—14 et 223,2—9); haec vero propositio quomodo prior appellari possit, difficile esse videtur ad intellegendum. nec vero facile explicatur quomodo δευτέρῳ quod proposuit Cornarius in προτέρῳ corruptum sit; quamobrem Muellerus verba ἐν τῷ προτέρῳ delere maluit incaute; quid enim fiet de verbis τοῦτο μὲν ἀληϑὲς ἔσται? quae deletis verbis ἐν τῷ προτέρῳ λήμματι non iam possunt intellegi. ego quidem si quid omnino mutandum putarem, proponerem ut coll. 582,14, ubi propositio posterior ϑάτερον τῶν λημμάτων dicitur, scriberetur ἑτέρῳ, quoniam altero quoque horum librorum loco in codicibus πρότερον legitur ubi ne dubitari quidem possit quin recte Cornarius restituerit ἕτερον (487,13 τὸ δ' ἕτερον εἶναι τοῦ ϑυμουμένου τὸ λογιζόμενον οὔτ' ἀποδείξεως δεῖται μακρᾶς οὔτε σοφῶν τῶν μαρτυρησόντων). sed vereor ne Galeni potius quam librarii neglegentia quaedam hoc loco agnoscenda sit. nam duas

illas propositiones quarum alteram praepositione ἐξ usurpata falsam fore ait, cum locum inter se mutare possint, modo hoc modo altero ordine profert Galenus; videtur igitur hoc quidem loco animo eius obversari non is ordo quem 219,15 s. usurpavit, sed is qui paulo ante 219,5—7 invenitur, quo propositio illa (*ἐκ διανοίας ὁ λόγος ἐκπέμπεται*) priorem locum tenet. eundem habes 223,14—16.

XIV.

Adiectivum *σ υ ν ε χ ή ς* semper a Galeno cum dativo coniungi videtur.[1]) leguntur vero in his libris tres loci quos accuratius inspicere utile est:

227,14 *αἱ . . ἀνωτέρω τῶν βρόχων μόναι (ἀρτηρίαι) παντάπασιν ἄσφυκτοι γίνονται τοῦ συνεχοῦς α ὐ τ ῶ ν* (H, *α ὐ τ ο ῖ ς* L) *μέρους τοῦ μέχρι καρδίας ὡσαύτως ταῖς ἄλλαις σφύζοντος.*

521,3 *εἴπερ ἦν ἡ καρδία τῆς κοίλης φλεβός, ὡς καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας ἀρχή, μέγιστον ἂν ἦν, οἶμαι, τὸ συνεχὲς α ὐ τ ῆ ς* (sic H) *μέρος.*

693,4 *ἐγὼ δὲ μήκους φειδόμενος ἐπὶ τὰ συνεχῆ τ ο ῦ λ ό γ ο υ τρέψομαι* (sic H).

quorum locorum altero (521) non dubito quin recte Muellerus *αὐτῇ* (*τῇ καρδίᾳ*) scripserit pro *αὐτῆς*. nec minus recte primo loco (227) *αὐτῶν* lectionem codicis M nuper Hamiltoniani auctoritate confirmatam recepisse mihi videtur, quia non cum *συνεχής*, sed cum *μέρους* coniungendum esse genetivum *αὐτῶν* haud difficile est ad intellegendum. sed ne tertio quidem loco (693) genetivum cum Muellero exstirpandum esse existimo, cum verba *τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου* simili modo explicari posse mihi videantur, ut sint *τὰ* (*τοῖς προγεγραμμένοις*) *συνεχῆ τοῦ λόγου* (*μέρη*). cf. III 740,7 *ὀλίγον δ' ἐνταῦθα τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου*

[1]) 137,1; 167,14; 218,17; 219,1. 12. 13. 15; 220,8; 221,12. 13; 222,16; 223,1. 7; 308,1; 505,15; 506,13; 507,1; 532,5; 535,13; 556,16; 596,8; 617,2; 618,11; 668,7; III 277 (13,19); 301 (28,26); 329 (47,2). semel inveni *πρός* III 301 (28,23) *αἱ πρὸς τὰς πύλας αὐτοῦ (τοῦ ἥπατος) συνεχεῖς φλέβες*, quocum cf. 617,11 *τῆς πρὸς τὸν ἐγκέφαλον συνεχείας* (sed 532,14 dicit [*φλέβας*] *οὐδεμίαν ἐχούσας τῇ καρδίᾳ συνέχειαν*).

διαναπαύσαντες εἴπωμέν τι περὶ τῶν ὀνομάτων; IV 460,7 *ἀλλὰ τό γε νῦν εἶναι τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου περαντέον*; VIII 635,7 *νυνὶ δὲ τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου περαινέσθω*; XVIII B 486 extr. *νυνὶ δ' ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου μεταβῆναι † καὶ προσθείς.*[1])

XV.

278,14 *τὸ μὲν δὴ τῆς ἀσαφείας αὐτῷ (τῷ Χρυσίππῳ) σύνηθες ἀσθενείᾳ τῆς ἑρμηνευτικῆς δυνάμεως ἑπόμενον καί μοι δοκεῖ καὶ αὐτὸς αἰσθανόμενος αὐτῆς τρὶς καὶ τετράκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ὀκνεῖ.*

Verbum finitum recte dictum neque in infinitivum corrigendum esse intellegitur coll. III 287 (19,19) *λεπτότερος δ' ἦν (ὁ ἄνθρωπος) ἐξ ἀρχῆς τά τ' ἄλλα καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καί μοι δοκεῖ διὰ τοῦτο ταχέως κατεψύχετο.*

XVI.

Fragmentorum Chrysippeorum quae 290—292 castigantur eum fuisse ordinem ut primum locum tenerent quae de mulieribus cor digito monstrantibus dicuntur 290,4—8, alterum quae 292,5—11 afferuntur, tertium quae 291,4—8 leguntur ex ipsius Galeni verbis (291,3; 292,2 ss.) discimus. primo igitur fragmento mulierum ideo mentionem fecerat Chrysippus, quod

---

1) *μεταβῆναι καιρός ἐστι* coniecit Ilbergius in mus. Rhen. vol. XLIV (1889) 230[1]. ego malim *μεταβῆναι καιρὸς ἂν εἴη*, quod cum ad verba tradita propius accedere existimo tum solum cum Galeni dicendi usu convenire; videtur enim aut *καιρός* omisso verbo substantivo dicere aut *καιρὸς ἂν εἴη*. cf. 577,13 *καταπαύειν ἤδη καιρὸς ἐν τῷδε καὶ τόνδε τὸν λόγον*; 739,6 *καιρὸς οὖν ἤδη καὶ τῶν εἰρημένων αὐτῷ κατὰ τὸν Φαῖδρον ἀκοῦσαι*; 624,8; II 579,15; III 544,14; 581,16; 724,10; IV 345,2; 313,8; — 729,4 *καιρὸς ἂν εἴη τραπέσθαι πρὸς τἆλλα*; I 486,12 *ἐμοὶ δ' ἂν εἴη καιρὸς ἐνταῦθα καταπαύειν τὸν πρῶτον λόγον*; IV 272,12 *σοὶ δὲ καιρὸς ἂν εἴη καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπελθεῖν*; III 111,9 *καιρὸς ἂν εἴη μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ . . . ὑπόλοιπα*; ib. 636,11 *ἑκάστου δ' ἂν ἐφεξῆς καιρος εἴη τῶν μορίων σκοπεῖσθαι τὴν χρείαν*; ib. 795,4 *πόθεν αὐτῷ (τῷ ὀφθαλμῷ) τὴν κίνησιν ἐκποριούμεθα καιρὸς ἂν εἴη λέγειν.*

cum essent mobiliores quam viri, in eis potissimum gestum illum quo ad sedem animi demonstrandam usus est observari posse putabat. altero vero fragmento non iam de solis mulieribus agitur, sed quae hoc loco ad sententiam Chrysippi confirmandam afferuntur, de viris non minus quam de mulieribus dicuntur: 292,5 *τούτοις δ' ἀκολούθως ἀνεμεῖν τέ τινάς φαμεν τὰ φανέντα αὐτοῖς καὶ ἔτι τὸν βαθύν* etc. neque igitur verum esse credo quod in tertio fragmento legitur 291,6 *ἀπὸ τῆς φορᾶς ταύτης καὶ βαθείας τινάς φαμεν εἶναι*; immo cum vix explorari posse mihi videatur cur hoc loco de mulieribus solis dixerit Chrysippus, multo veri similius esse existimo *βαθείας* corruptum esse ex *βαθεῖς*.

Ceterum eum locum Chrysippeum quem modo laudavi (292,5) in codicibus corruptum ita restituendum esse puto ut scribatur *τούτοις δ' ἀκολούθως ἀνεμεῖν τέ τινάς φαμεν τὰ φανέντα αὐτοῖς καὶ ἔτι τὸν* (cf. 282,11; 297,16; 309,2) *βαθύν* (scil. *φαμέν*), *λεγομένων* (*λέγομεν* H) *πολλῶν τοιούτων συμφώνως τοῖς εἰρημένοις* collatis eiusdem Chrysippi verbis quae inveniuntur 288,16 *οὔτε τῆς καταπόσεως ἄλλως ἂν οἰκειότερον λεγομένης οὔτε τῆς καταβάσεως τῶν ῥηθέντων, εἰ μὴ περὶ τὸν θώρακα τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ἦν, εἰς ὃ ταῦτα πάντα φέρεται· ἐν γοῦν τῇ κεφαλῇ ὄντος αὐτοῦ γελοίως ῥηθήσεται καὶ ἀλλοτρίως καταβαίνειν, ἀναβαίνειν* [*δ'*] *ἂν οἶμαι οἰκειότερον αὐτῶν λεγομένων*; 277,13 *τῶν.. ἀσπλάγχνων τάχα λαμβανομένων κατὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ἔνδον συναλγοῦν κατὰ τὰ ἐναντία καὶ ἀπὸ τῆς καρδίας οὕτως αὐτῶν κοινότερον λεγομένων*; 415,2 *οὕτω πως καὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ κατὰ αὐτὴν* (*τὴν ψυχὴν*) *ἀρρωστήματος λεγομένου καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων.*

XVII.

296,2 dubito an non recte codices editionesque exhibeant: *οὐ γὰρ ἄρχειν αὐτὸ* (scil. *τὸ τῆς καρδίας σπλάγχνον*) *καὶ δεσπόζειν τῶν ἄλλων ἡ φύσις ἔνειμεν.* nam etsi verbo *νέμειν* accusativus cum infinitivo quem vocant fortasse adiungi potest, tamen pro *αὐτὸ* scribendum esse existimo *αὐτῷ* comparatis eis quae

sequuntur: *ἀλλ᾽ ἐγκεφάλῳ μὲν ἄρχειν, ὑπακούειν δὲ τῇ καρδίᾳ.* —

Idem vitium agnoscendum esse videtur in his verbis (314,9): *ὁμολογούμενον γάρ τι λαμβάνων (ὁ Χρύσιππος), ὡς τοῦ αὐτοῦ μορίου τὸ λέγειν εἴη καὶ τὸ ἐν ἑαυτῷ λέγειν, εἶτα προσλαμβάνων αὐτὸ τῆς καρδίας ἔργον εἶναι τὸ λέγειν, ἐξ ἀμφοῖν ἔχει περαινόμενον ἐν τῇ καρδίᾳ γίνεσθαι τὸ ἐν ἑαυτῷ λέγειν*, in quibus ego quidem vereor ne pronomen *αὐτὸ* explicationem non habeat corruptumque sit ex *αὐτῷ* (scil. *τῷ ὁμολογουμένῳ* v. 2), quocum conferas velim 582,13 *ᾐδέσθησαν γὰρ ἐναργῶς ὑπὸ τῆς ἀνατομῆς ἐλεγχθέντος*[1]) *θατέρου τῶν λημμάτων, προηγουμένως ᾧ χρώμενοι ψευδῶς συνελογίζοντο προτιθέντες* (*προστιθέντες* H, corr. Cornarius) *αὐτῷ τὸ πρὸς ἁπάντων ὁμολογούμενον* et 245,3 *οὐ μὴν οὐδ᾽ ὅταν εἴπωσιν, ὅθεν ἡ χορηγία τοῦ πνεύματος, ἐνταῦθ᾽ εἶναι τὸ ἡγεμονικόν, εἶτ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ προσλαμβάνωσιν ἐκ τῆς καρδίας χορηγεῖσθαι τὸ πνεῦμα, συγχωρητέον αὐτοῖς*; Alex. Aphrod. in metaph. 665,6 Hayd. *τούτῳ προσληφθείσης ἑτέρας προτάσεως*, in anal. pr. 17,6 Wall. *τούτῳ εἰ προσληφθείη πρότασις ἡ λέγουσα.* —

738,7 *προγυμνάσας οὖν ἡμᾶς ἐπὶ πόλεως ὁ Πλάτων καὶ δείξας ὅτι ἄλλο μέν τι τὸ ἄρχον, ἄλλο δέ τι τὸ προπολεμοῦν καὶ τρίτον ἄλλο τὸ δημιουργικὸν ἔθνος ἐν αὐτῇ, μεταβὰς τ⟨οὐντεῦθεν⟩* (cf. huius diss. p. 8) *ἐπὶ τὴν ψυχὴν καὶ κατ᾽ αὐτὴν ἐπιδείκνυσιν ἓν*

[1]) hoc enim utique ex H recipiendum esse existimo pro lectione vulgata *ἐλεγχθέντες*. ceterum *προηγουμένως* non est 'temere' (ut vertit Muellerus), sed ni fallor 'praecipue' vel 'maxime', si quidem eo sensu hoc adverbium usurpant et alii (cf. doxogr. ind. p. 808 b) et Alexander Aphrodisiensis Galeni fere aequalis (in met. 258,33 Hayd. *περὶ μόνων τούτων* [scil. *ἐναντίων καὶ ἀντικειμένων καὶ τῶν πλεοναχῶς λεγομένων* etc.] *καὶ προηγουμένως ὁ λόγος αὐτοῖς* [int. *τοῖς σοφισταῖς*] *γίγνεται*; ib. 722,23 *προηγουμένως καὶ ἐπιμελῶς τὰ παρὰ τῶν ἄλλων λεγόμενα θεωρητέον*; in top. 18,5 Wall. *λέγει μὲν οὖν* [*ὁ Ἀριστοτέλης*] *περὶ ἀποδείξεώς τε καὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ προηγουμένως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς Ὑστέροις ἀναλυτικοῖς· νῦν δ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον περὶ αὐτῶν εἴρηκεν, ἐφ᾽ ὅσον αὐτῷ χρήσιμόν ἐστι πρὸς τὸ χωρίσαι τῶν ἄλλων συλλογισμῶν τὸν διαλεκτικόν*; ib. 20,1). nec aliter explicandum videtur quod apud Galenum (I 190,3) legitur: *ὧν δ᾽ ἔστιν ἀναιρετικὰ προηγουμένως βοηθήματα, ἀπὸ τούτων ἔνδειξις τῶν συμφερόντων γίνεται· ἀναιρετικὰ δ᾽ ἐστι προηγουμένως τὰ βοηθήματα τῶν ἐπὶ μέρους αἰτίων.*

μέν τι μέρος εἶναι τὸ ἄρχον, ὅταν εὖ ἔχῃ, ἕτερον δὲ τὸ ὑπηρετοῦν αὐτῇ, καθάπερ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑπηρετεῖ τὸ στρατιωτικόν. haud scio an considerata Platonis sententia restituendum sit αὐτῷ scil. τῷ ἄρχοντι μέρει; cf. 480,1 συνέπεται καὶ τὸ θυμοειδὲς τῷ λογισμῷ· τούτῳ γὰρ ὑπηρετεῖν καὶ συμπράττειν ὥσπερ τις κύων κυνηγέτῃ κατὰ τοῦ τρίτου τῆς ψυχῆς εἴδους ὑπὸ τῆς φύσεως ἐδόθη; 483,2. 7 s. 505,5 etc.; Plat. rp. 440 D ὁ θυμὸς . . οὐ λήγει τῶν γενναίων, πρὶν ἂν ἢ διαπράξηται ἢ τελευτήσῃ ἢ ὥσπερ κύων ὑπὸ νομέως ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὐτῷ ἀνακληθεὶς πραϋνθῇ; 441 A τὸ θυμοειδὲς ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει; ib. E τῷ . . θυμοειδεῖ (προσήκει) ὑπηκόῳ εἶναι καὶ ξυμμάχῳ τούτου (τοῦ λογιστικοῦ). aliter res se habet 739,6, ubi pronomen femininum αὐτῇ non ad τῆς ψυχῆς (v. 4), sed ad τῆς διανοίας (v. 5) referendum esse apparet. —

692,2 καὶ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ὁ Πλάτων ἅπαντα παρέλιπεν, ὁ δ' Ἱπποκράτης . . διῆλθε διὰ τῶν ἐφεξῆς τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει (689,9 ss.). μόνην δ' ἀρκέσει μοι τὴν ἀρχὴν αὐτῆς παραγράψαι κατὰ λέξιν οὕτως ἔχουσαν. cum appareat Galenum afferre initium τῶν ἐφεξῆς τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει, non initium τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως, verum esse non potest quod in codicibus et editionibus legitur αὐτῆς, sed necessarium est ut scribatur ἀρκέσει μοι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν παραγράψαι.

XVIII.

349,11 (Χρύσιππος) πρὸς αὐτὸν διαφέρεται νυνὶ μὲν γίνεσθαι νομίζων τὰ πάθη ἄνευ λόγου καὶ (cf. Petersen. p. 55 s.) κρίσεως, νυνὶ δ' οὐ μόνον κρίσεσιν ἕπεσθαι φάσκων, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο κρίσεις εἶναι.

Cum utrumque et κρίσεσιν ἕπεσθαι et κρίσεις εἶναι pronuntietur de perturbationibus, non opus est in altero orationis membro premi subiectum — quod ut efficeret Muellerus αὐτὸ δὴ τοῦτο in αὐτὰ δὴ ταῦτα (τὰ πάθη) mutavit — sed aptissime dicit Galenus Chrysippum non acquievisse in sententia Zenonis, qui perturbationes ea esse docuerat quae iudicia sequuntur

(*κρίσεσιν ἑπόμενα* 348,6), sed id ipsum dicere ausum esse perturbationes iudicia esse; cf. 348,8 *καὶ γὰρ Ζήνωνι κατά γε τοῦτο καὶ ἑαυτῷ καὶ πολλοῖς ἄλλοις μάχεται τῶν Στωϊκῶν, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς καὶ ταπεινώσεις καὶ δήξεις ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη* et 405,7—9. verborum *αὐτὸ (δὴ) τοῦτο* usus illustratur his exemplis: III 302 (29,19) *ῥᾷστον . . εἰπεῖν . . . τὸν . . χιτῶνα σκέπασμα καὶ ἀμφίεσμα περιβεβλῆσθαι καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο χιτῶνα*; I 455 (31,12) *εἰ γῆν ὕδατι δεύσειας, οὐδὲν ἔσται σοι πλέον πηλοῦ, τῶν δ' ὀσπρίων ἕκαστον καὶ τῶν ἀκροδρύων οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο πηλός ἐστιν, ὅτι καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος μετείληφε*; XVIII A 204,3 *πότερα μὲν οὖν ὁμοίως μεμφόμεθα τὸν κατὰ τὸν οἶκον ἀέρα τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασι κἀπειδὰν καπνοῦ πληρωθῇ, ἢ κἀνταῦθ' ὥσπερ ἐν τοῖς βαλανείοις ἔστιν ὅτε κατὰ μὲν τὴν θερμασίαν διαλλάττουσιν οὐδέν, ἔστι δ' αὐτῶν ὁ μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ἀὴρ θερμός, ὁ δὲ σὺν τούτῳ καπνώδης*; XII 311,17 *τῶν τρεφουσῶν . . ἡμᾶς σαρκῶν ἔνιαι μὲν αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰσὶ τροφαί, τινὲς δὲ πρὸς τῷ τρέφειν ἔχουσι καὶ τὴν ὡς φαρμάκου δύναμιν.*

XIX.

383,16	388,15	390,7
τό τε γὰρ θυμῷ φέρεσθαι καὶ ἐξεστηκέναι καὶ οὐ παρ' ἑαυτοῖς οὐδ' ἐν ἑαυτοῖς εἶναι καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα φανερῶς μαρτυρεῖ τοῦ (sic H) *κρίσεις εἶναι τὰ πάθη κἂν τῇ λογικῇ δυνάμει τῆς ψυχῆς συνίστασθαι.*	*καὶ γὰρ οὖν κἀνταῦθα τό τε τῶν κρίσεων ἐξίστασθαι καὶ τὸ μὴ κρατεῖν ἑαυτοῦ καὶ τὸ ποτὲ μὲν εἶναι παρ' ἑαυτῷ,*[1] *ποτὲ δ' οὔ καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα τοῖς τε φαινομένοις ἐναργῶς ὁμολογεῖ καὶ τῇ παλαιᾷ δόξῃ περὶ παθῶν τε καὶ ψυχῆς δυνάμεων, οὐ μὴν οἷς ὑπέθετο Χρύσιππος.*	*ὅλως δ' εἴ τις ἐκλέγοι πάντα καὶ παραγράφοι νῦν, ὅσα κατὰ τὸ περὶ παθῶν βιβλίον μαχόμενα μὲν οἷς αὐτὸς* (*ὁ Χρύσιππος*) *ὑπέθετο δόγμασιν, ὁμολογοῦντα δὲ τοῖς τε φαινομένοις ἐναργῶς καὶ τῇ Πλάτωνος δόξῃ, μῆκος ἂν ἄμετρόν τι γένοιτο τοῦ βιβλίου. μεστὸν γάρ*

[1]) ex his locis apparet quomodo scribenda et intellegenda sint quae 388,12 leguntur *ταῦτα μέν φησι λέγειν αὐτὸν παρ' αὐτῷ* (*αὐτῷ* H) *δια-*

ἐστιν αὐτῷ τὸ γράμμα τῶν τε κρίσεων (cf. Petersenus p. 25[4]) ἐξίστασθαι λέγοντι καὶ τῶν προδιαλελογισμένων διὰ τὸν θυμὸν ἢ τὴν ἐπιθυμίαν ἢ τὴν ἡδονὴν ἤ τι τοιοῦτον... καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ οὐδὲ παρ' ἑαυτῷ[1]) εἶναι... ἀλογίστως τε φέρεσθαι καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα.

Haec qui contulerit, facile sibi persuadebit eum locum quem primum posuimus non recte tractatum esse a Charterio Kuehnio Muellero, cum haec verba Chrysippi esse rati *τοῦ* in *τῷ* mutarent. mihi quidem apparere videtur verba illa esse Galeni, qui postquam tres locos Chrysippeos (383,8—10. 10—13. 14 s.) attulit, priusquam ad alium transeat (formula *καθάπερ καὶ τὰ οὕτως ἔχοντα* 384,3 cf. 385,5; 386,13; 266,10; 267,15) ex more suo (384,9 ss.; 385,4 s. 13—15) legentes monet tribus illis enuntiatis Chrysippum suis ipsum sententiis pugnantia dicere (*τό τε γὰρ θυμῷ φέρεσθαι* = 383,10; *καὶ ἐξεστηκέναι* = 383,11; *και οὐ παρ' ἑαυτοῖς οὐδ' ἐν ἑαυτοῖς εἶναι* = 383,12—14). quod si recte perspeximus, apparet post *καθάπερ καὶ τὰ οὕτως ἔχοντα* (384,3) nihil excidisse — id quod Muellerus statuere coactus est — sed hunc quidem locum integrum esse, mendum vero latere in verbis *μαρτυρεῖ τοῦ*, quae mihi emendanda esse videntur sive in *κ α τ α μ α ρ τ υ ρ ε ῖ τ ο ῦ* (coll. 280,16; 287,12) sive in *μαρτυρεῖ* ⟨*τ ῷ ἐ ν α ν τ ί ῳ*⟩ *τοῦ* sive alio modo quo idem sensus efficiatur; satis enim habeo sensum quem requiro indicasse. quem si recte recuperavi, ei quoque loco medelam affere posse mihi videor qui paulo post legitur 384,14 *ὅμοια* (sic H) *δὲ τοῖς προγεγραμμένοις καὶ τὰ οὕτως ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λεγόμενα, καθάπερ ἔχει καὶ τάδε.* quem locum neque a Muellero neque a Peterseno (p. 57)

λεγόμενον, οὕτω γὰρ ἔγραψεν αὐτοῖς ὀνόμασιν, ἐξίστασθαι δ' οὐκ ὀλιγάκις ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων κρίσεων ἐν τοῖς συμπίπτουσι καὶ μὴ κρατεῖν ἑαυτοῦ νικώμενον (-*νου* H, corr. Muellerus) *ὑπὸ τῶν παθῶν*, ubi miraberis Muellerum vertisse 'apud eum disserentem'.

recte tractatum esse existimo; neque enim aliud quidquam mutandum esse mihi videtur nisi *δὲ* in *δή*, quas coniunctiones sescenties inter se commutari a librariis nemo nescit. comprehendit enim Galenus ea quae 384,9—14 de repugnantiis fragmenti Chrysippei quod 384,3—9 legitur exposita sunt, cum dicit: similia igitur (*δή*) haec quoque Chrysippi verba (*καὶ τὰ οὕτως ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λεγόμενα* v. 14 = *καὶ τὰ οὕτως ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λεγόμενα* v. 9 s. = v. 3—9) eis sunt quae antea ex eius libro commemoravimus (*τοῖς προγεγραμμένοις* = 383,8—15), id est: haec igitur verba (384,3—9) non minus ab ipsius Chrysippi doctrina dissentiunt quam ea (383,8—15) quae quantopere cum ipso Chrysippo pugnent supra (383,16—384,3) monuimus, neque eis dissimilia sunt ea quae nunc allaturi sumus (*καθάπερ ἔχει καὶ τάδε*) 384,16—385,4. (cf. 385,4—5; 13—15.) haec satis lente et moleste a Galeno dicta esse facile concedo, sed hoc nihil ad nos qui librariorum, non Galeni menda corrigere studeamus.

XX.

400,14 *ὅθεν κἀπειδὰν λέγῃ* (*ὁ Χρύσιππος*) *'οὕτω γὰρ καὶ κλαίοντες παύονται καὶ μὴ βουλόμενοι κλαίειν* (sic H; cf. 395,5 et Peters. p. 25 [8]) *κλαίουσιν, ὅταν ὁμοίας τὰ ὑποκείμενα φαντασίας ποιῇ' τὴν αἰτίαν ἐρωτᾷ κἀνταῦθ' ὁ Ποσειδώνιος, δι' ἣν καὶ οἱ πολλοὶ μὴ βουλόμενοι πολλάκις κλαίουσιν ἐπισχεῖν μὴ δυνάμενοι τὰ δάκρυα καὶ ἄλλοι κλαίειν ἔτι βουλόμενοι φθάνουσι*[*ν ἔτι* del. Muellerus] *παυόμενοι.*

Articulum *οἱ* qui ante *πολλοὶ* in codicibus invenitur recte eiecit Muellerus; *καὶ* vero retinendum esse existimo, praesertim cum Chrysippus ipse quoque dicat *καὶ κλαίοντες παύονται καὶ μὴ βουλόμενοι κλαίειν κλαίουσιν.*

XXI.

418,2 ss. traditum est *ἔστι γὰρ ἡ νόσος ἀνωτέρω καὶ καθόλου μᾶλλον ἐπὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηται.* nam *ὡς* illud quod pro

ἐπὶ ex FP recepit Muellerus, si verum esset, non lectio tradita esset, sed vera coniectura; at falsa est ni fallor. nam ubi tandem 'paulo ante' vel omnino ante hunc locum Galenus dixit superius quiddam et generalius esse morbum? immo nunc demum, postquam sanitatem in concordia (cf. *συμφωνοῦντα .. καὶ κατὰ μηδὲν στασιάζοντα* 417,18), morbum in discordia (cf. *στάσις* 417,13; *διαφωνήσαντα καὶ στασιάσαντα* 418,2) animae partium posuit, quod non congruit cum definitione Chrysippi, qui sanitatem aequabilitatem, morbum inaequabilitatem quandam esse volebat (416,5—13), generalem illam morbi notionem circumscribens *περιλάβωμεν οὖν* inquit *αὐτῆς* (*τῆς νόσου*) *τὴν ἔννοιαν· ἡ τοῦ φύσει συγγενοῦς ἔκ τινος διαφθορᾶς διαφορά.* iam hanc definitionem Platonicam, qua omnes morbi species contineri ostendit (418,6—13), maxime generalem esse ait (418,13) et generaliorem eis definitionibus quae paulo ante prolatae erant (418,14 s. = 417,11—14; 418,15—419,1 = 416,5—7. 11—13). apparere igitur existimo *ἐπὶ* corruptum esse ex *ἤ*,[1]) quo restituto omnia recte se habebunt.

Eadem opera in eis quae paulo ante (417,8) leguntur *εἴη ἂν οἶμαι καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ὑγίεια συμμετρία τις τῶν ἁπλῶν αὐτῆς μορίων· ἅτινά ποτ᾽ ἔστι καὶ ὁπόσα καὶ ὅπως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, διελθεῖν ἀναγκαῖον ἔσται σοι* corrige quaeso *ἃ τίνα ποτ᾽ ἔστι* ('quae partes quales tandem sint'), ne nexu careant sententiae.

XXII.

439,4 ss. *ἐάσας οὖν τὰς δύο* (intellege *οἰκειώσεις, πρὸς μὲν τὴν ἡδονὴν διὰ τὸ ἐπιθυμητικόν, πρὸς δὲ τὴν νίκην διὰ τὸ θυμοειδές* 438,14 ss.) *ὁ Χρύσιππος εἰκότως ἀπορεῖν ἐρεῖ τῆς κατὰ τὴν κακίαν γενέσεως οὔτ᾽ αἰτίαν ἔχων εἰπεῖν αὐτῆς οὔτε τρόπους τῆς συστάσεως οὔθ᾽ ὅπως ἁμαρτάνει τὰ παιδία δυνάμενος ἐξευρεῖν.*

Verba *τῆς κατὰ τὴν κακίαν γενέσεως* quominus cum *αἰτίαν* coniungamus, pronomine *αὐτῆς* impedimur; cum *ἀπορεῖν* vero

[1]) quod quam facile fieri potuerit non ignorabit qui rei palaeographicae haud immemor erit.

dubito an non recte coniuncta sint. neque enim aut apud Galenum aut apud alium quemquam scriptorem Graecum invenio ubi verbum *ἀπορεῖν* ita cum solo genetivo iungatur, ut significet aliquem haesitare, dubium esse, non habere quid dicat de aliqua re; immo Galenus quidem verbum *ἀπορεῖν*, ubi illam significationem inesse vult, aut cum infinitivo coniungit (396,12 s. *ἀπορεῖς . . τι . . γράψαι*; 419,15 et 420,3 *ἀπορεῖ δεικνύναι*; 647,12 *ἀπορεῖ . . ἐρεῖν*) aut cum praepositionibus sive *ἐν* (436,10 *μήτε πάσας τὰς αἰτίας τῶν παθῶν ἀποφήνασθαι τολμήσας, ἀλλ' ἐν ταῖς κυριωτάταις ἀπορεῖν ὁμολογήσας*; III 364,16 *ἐν οἷς ἀποροῦσιν*) sive *περὶ* (455,16 *περὶ τῶν τοιούτων ἠπόρησεν ὁ Χρύσιππος*; III 308 [33,14] *οὔκουν ἔτ' ἀπορήσεις περὶ τῆς τοῦ νεύρου σμικρότητος*; I 455,16 *ἀπορεῖς περὶ τῶν ζῴων*) sive *ὑπέρ*, quod pro *περὶ* ante vocabula vocali incipientia ponere solet (440,8 *ἐγὼ δ' ὑπὲρ ἑκατέρας αὐτῶν* [scil. *τῶν τῆς διαστροφῆς αἰτιῶν*] *ἀπορῶ*; 455,2 *τὴν αἰτίαν ὑπὲρ ἧς ὁ Χρύσιππος . . ἀπορεῖν ὡμολόγησεν*; 533,10 *εἴτ' ἀπορεῖν ὑπὲρ ἀρχῆς ἔφησεν εἴτ' εὐπορεῖν*; 534,11 *ἀπορεῖν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἀδήλων*). itaque ego credebam post *ἐρεῖ* excidisse *περὶ*, quod satis facile fieri potuisse apparet; sed recte Dielesius *ἐρεῖ* illud supervacaneum esse monens scribere mavult *εἰκότως ἀπορεῖ περὶ τῆς κατὰ τὴν κακίαν γενέσεως*, quocum conferas velim *εἰκότως ἀπορεῖ δεικνύναι* (419,15; 420,2) et *εἰκότως ἀπορεῖ χρείαν εἰπεῖν ἐγκεφάλου* (647,12).

XXIII.

441,2 *τίς δ' ἀνάγκη πρὸς μὲν τοὺς ἐπαίνους καὶ τὰς τιμὰς ἥδεσθαί τε καὶ χαίρειν αὐτοῖς* (intellege *τοὺς παῖδας* 440,14), *ἄχθεσθαι δὲ καὶ φεύγειν τούς τε ψόγους καὶ τὰς ἀτιμίας, εἴπερ μὴ καὶ πρὸς ταῦτα φύσει τιν' ἔχουσιν οἰκείωσίν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν*;

ἥδεσθαι editores scripserunt pro *ἴδεσθαι* (L) vel *ἴεσθαι* (H). mihi multo veri similius esse videtur Galenum scripsisse *ἵεσθαι*, quod nihil aliud esse nisi quod H praebet prosodia ea quam

nonnulli antiqui docebant monuit Dielesius;[1]) quod si receperis, *χαίρειν* et *ἄχθεσθαι*, *ἵεσθαι* et *φεύγειν* aptissime inter se opposita erunt; cf. 437,11 *ᾄττει μὲν γὰρ ἀδιδάκτως ἅπαντα τὰ παιδία πρὸς τὰς ἡδονάς, ἀποστρέφεται δὲ καὶ φεύγει τοὺς πόνους.*

XXIV.

441,8 Galenus de Chrysippo *ἐπειδὰν γὰρ λέγῃ* inquit *τὰς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἐγγίνεσθαι τοῖς φαύλοις διαστροφὰς διά τε τὴν πιθανότητα τῶν φαντασιῶν καὶ τὴν κατήχησιν, ἐρωτητέον αὐτὸν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἡδονὴ μὲν ὡς ἀγαθόν, ἀλγηδὼν δ' ὡς κακὸν πιθανὴν προβάλλουσι φαντασίαν.*

Studiose operam danti mihi ut qua tandem causa adductus Muellerus verba *καὶ κακῶν* induxerit explorarem non contigit. sed quaecumque fuit, iustam eam fuisse vix credo collatis hisce potissimum Posidonii verbis (451,8 ss.) *ἡ αἰτία τῶν παθῶν εὑρεθεῖσα .. τὰς ἀρχὰς ἔδειξε τῆς ἐν τοῖς αἱρετοῖς καὶ φευκτοῖς διαστροφῆς.*

XXV.

446,13 *ἕπεται δ' εὐθὺς τοῖσδε καὶ ὁ περὶ τῶν ἀρετῶν λόγος αὐτὸς ἔχων* (sic H; *αὐτὰς ἔχων* MA; om. L) *τὸ σφάλμα διττόν, εἴτ' ἐπιστήμας τις ἁπάσας αὐτὰς εἴτε δυνάμεις ὑπολάβοι.*

Haud recte Muellerus aspernatus est Cornarii coniecturam *αὐτὸς ἔχων*, quae nuper codicis H auctoritate confirmata est. neque enim hoc dicit Galenus in libro Posidonii eis quae modo exposita sunt continuari eiusdem de virtutibus disputationem — id quod putavit Muellerus — sed plane alia subest sententia: comparatis enim aliis locis qui ad eandem rem pertinent (448,5 *ἐξ ἀκολουθίας τινὸς αὐτῶν* [scil. *τῶν ἀρετῶν*] *ἐμνημόνευσα, τῷ περὶ τῶν παθῶν δόγματι καὶ τοῦ περὶ τῶν ἀρετῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένου* etc.; 397,5 ss.; 584,7 ss.; 654,3 s.) apparet Galenum dicere artissime cum doctrina de animae partibus

[1]) cf. Goettlingius *Allgemeine Lehre vom Accent der griechischen Sprache, Jena 1835, p. 92.*

atque perturbationibus coniunctam esse de virtutibus doctrinam — non apud Posidonium solum, sed omnino rei naturam ita comparatam esse ut virtutum ratio non possit recte intellegi, nisi quis de animae partibus perturbationibusque verum habeat iudicium; in qua virtutum ratione exploranda duplicem fieri solere philosophorum errorem: ab aliis enim omnes virtutes scientias haberi, ab aliis facultates omnes, quorum utrumque falsum esse. plane enim eodem sensu verbo *ἔχειν* utitur Galenus quo Aristoteles cum quaestiones difficiles *ἀπορίας ἔχειν* dicit.[1]) proxime ad hunc locum accedunt haec exempla: 757,13 *ἐν ᾧ δ' ἄν τις σφαλείη διὰ τὴν ὁμοιότητα, τοῦτ' ἐπισημηνάμενος ὡς παραξύνεσιν ἔχον* et SM II 28,1 *διὸ κἀνταῦθα προσέχειν χρὴ τὸν νοῦν ἀκριβῶς τοῖς λεγομένοις· ἔχει γάρ τινα παρακοὴν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασι λόγοις, ἐάν τις ἀμελῶς ἀκούῃ, καθάπερ ἔνιοι.*

XXVI.

Galenus 334,8 *διαφερέτω δ'* inquit *ἕν γε τῷ παρόντι μηδέν, εἴτ' ἔργα τῶν δυνάμεων εἴτε πάθη τὰ τοιαῦτα πάντα λέγοιμεν, ὕστερον γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἀκριβῶς ἐπισκεψόμεθα.* vides hanc quaestionem in aliud tempus differri; itaque cum postea leges 491,6 *ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἐφ' ὅτου λέγεται πράγματος ἀκριβῶς ἀφωρίσθαι· καὶ γάρ τοι καὶ λύεσθαί τινα τῶν ἔμπροσθεν ἀναβληθέντων ζητημάτων ἐκ τούτου τοῦ τρόπου συμβέβηκεν, ὥσπερ οἶμαι καὶ τόδε, πότερον ἐνεργείας ἢ πάθη προσαγορευτέον ἐστὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμὸν ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα* — nonne omnia rectissime se habere confides valdeque miraberis *ἀναβληθέντων* illud in *προβληθέντων* mutatum legi in editione novissima? cf. etiam 557,11 *ἆρ' οὖν ἤδη καταπαύωμεν ἐνταυθοῖ τὸν λόγον ἢ προστιθῶμεν αὐτῷ κεφάλαιον ἕν τι τῶν ἔμπροσθεν* (546,4—7) *ἀναβληθέντων;*

---

[1]) cf. Bonitzii ind. Aristot. 305 b 23 ss.

XXVII.

527,8 ss. traditum est *νυνὶ δ' εἰσάγει μέν τις* (scil. *φλέψ*), *ἐξάγει δ' οὐδεμία πλὴν τῆς εἰς πνεύμονα, περὶ ἧς ἂν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ἐπισκεψώμεθα.* Petersenum (p. 40) de hoc loco non recte iudicantem iam ab Ilbergio *(Berl. philol. Wochenschrift 1889, 1263)* et Helmreichio *(Neue philol. Rundschau 1890, 36 s.)* satis revictum esse video; quorum tamen hic Peterseni coniecturam refutasse satis habuit, ille falso ab *αὖ* profectus (quod traditum esse putat) *αὖθις* scribi iussit, ut tolleretur hiatus. lenissima vero emendatione hunc locum sanare possumus pro *ἐπισκεψώμεθα* particula *ἂν* servata scribentes *ἐπισκεψαίμεθα*; saepe enim *αι* et *ω* litterae inter se commutantur a librariis (cf. Muelleri proleg. p. 84). similiter Galenus 325,15 *διὰ βραχέων δ' ἂν καὶ νῦν αὐτὰ μόνον εἴποιμι τὰ κεφάλαια τῶν μελλόντων ἀποδειχθήσεσθαι*; I 486 extr. *τὰ μὲν ὑπ' Ἀριστοτέλους τε καὶ Θεοφράστου λέλεκται, τὰ δ' ἂν καὶ ἡμεῖς εἴποιμεν ἰδίᾳ πρὸς ἑκάστην τῶν αἱρέσεων ἀντειπόντες*; I 94 (275,7) *ἐμοὶ δ' ὅπῃ δοκοῦσιν ἑκάτεροι σφάλλεσθαι τάχ' ἂν ἤδη δηλώσαιμι.*

XXVIII.

533,4 ss. Galenus postquam iecur venarum principium esse multis argumentis demonstravit, sententiam suam eo quoque maxime confirmari ait quod etiam illi qui dissentiant in venarum anatomia explicanda omnes fere a iecore profecti sint. neque igitur verum esse potest quod in codicibus editionibusque legitur 533,11 *τήν γε διδασκαλίαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἐφ' ἥπατος ἐποιήσαντο,* sed ut mihi quidem videtur necessarium est *ἐφ'* in *ἀφ'* corrigere coll. imprimis 536,6 *ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀρχὴ κατασταθεῖσα καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀφ' ἑαυτῆς ἀναγκάζει ποιήσασθαι* (quo loco verba *τὴν ἀρχὴν* falso a Muellero addita esse rectissime monuit anonymus quidam in Zarnckii ephem. litter. 1875,51) et 536,11 (*ἀνάγκη*) *ἀπ' ἐκείνου ποιήσασθαι τὴν ἑξῆς ἅπασαν διήγησιν.*

Ceterum comparato eo loco a quo profectus sum (533,11 *τήν γε διδασκαλίαν .. ἐποιήσαντο*) *γὰρ* illud quod 534,5 in codicibus exstat in *γέ* corrigere malim quam cum Muellero eicere; has enim particulas saepissime a librariis commutatas esse inter omnes constat. eodem modo Dielesius ante me hunc locum correxerat.

XXIX.

538,8 *ὡς, ὑφ' οὗ τρέφεται τὰ σύμπαντα μέλη τοῦ ζῴου, τοῦτ' ἐξ ἥπατος, οὐκ ἐκ τῆς καρδίας ὁρμᾶται, δείξειν ἐπαγγέλλομαι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων ἀρχὴν τῷ λόγῳ ποιησάμενος ὃ* (sic H) *μάλιστα μάχεται τοῖς Ἐρασιστρατείοις.*

Ut is sensus efficeretur quem versione Latina expressit Muellerus ('initio sumpto ab eis quae ex anatomia evidentia sunt'), ante *τῶν* addendum esset *ἀπό*; hac enim praepositione semper utitur Galenus, ut unde initium capiat disputatio indicet; cf. 205,10 *τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος ποιησάμενος*; 421,10 *τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως ποιησάμενος*; 663,1; 729,8; 733,10; 736,8; 740,11; 802,7; SM II 101,27; ib. 102,19; III 275,1; ib. 433,1; — 168,2 *ἀπὸ τοῦ πρώτου κατὰ τὴν δύναμιν ὑπηρξάμην*; 187,3 *ἀρκτέον οὖν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων τῇ καρδίᾳ*; ib. 8; 253,9; 293,16; 341,3; 417,4; 499,14; 509,7; 533,15; 534,4; 537,12; 588,8; 650,5; 753,13; 771,11; 797,1; I 498,3; III 22,6; 46,12; 88,5; 184,3; 303 (30,2); 446,6; 893,1; VII 33,5; IX 791,3; X 205,6; XI 717,9 (ubi *ἐπαρξαμένοις* in *ὑπαρξαμένοις* correxit Condus *Ἀθην.* VI [1877] 104); XVI 604,5; XVII A 577,7. nec vero necessarium est praepositonem *ἀπό* inserere, modo genetivum *τῶν .. φαινομένων* partitivum esse et a pronomine *ὃ* pendere statuas; videbis enim postea (546,7 ss.) alias quoque res ex anatomia evidentes exponi quae adversentur Erasistrati sententiae. qua explicatione id simul lucramur ut rectissime se habeat illud *ὅ*, quod Muellero in *ἅ* mutandum erat.

XXX.

557,13 *ἐλέγομεν* (546,4) *οὐκ ἄν τινα γεγυμνασμένον ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων λογισμοῖς ἄλλο γενέσεως αἵματος ἀποφαίνεσθαι σπλάγχνον αἰτιώτερον ἥπατος.* Hic locus nescio an iniuria temptatus sit a viris doctis. Cornarius quidem quod proposuit *ἐπιτηδειότερον* et a codicum memoria longe recedit et dubito an alienum sit a consuetudine Galeni, qui *ἐπιτήδειος* semper cum praepositionibus *εἰς* vel *πρός* coniungere videtur, ut ad quid res idonea sit indicet; cf. 559,6 *τῆς τοῦ ἥπατος αὐτοῦ σαρκὸς οὐδὲν ἂν εὕροις ἐπιτηδειότερον εἰς αἵματος γένεσιν*; 745,9 *ὑποθέσεις . . ἐπιτηδείους εἰς τὴν προκειμένην ἄσκησιν*; 162,2; 326,3; 534,16; 535,9; III 333 (50,4); 635,2; 640,12; 685,7; VI 535,8; 537,6; 866,9; XII 924,14; — 210,14 *λημμάτων . . πρὸς ἀπόδειξιν ἐπιτηδείων*; 522,1 *ὕλης ἐπιτηδείου πρὸς θρέψιν*; 534,5. 7; 535,3. 6; 754,5; 803,13; III 185,3; 633,12; XIII 25,1; XV 386,7.

Sed ne *οἰκειότερον* quidem quod Petersenus (p. 60) proposuit mihi probatur, praesertim cum adiectivi *οἰκεῖος* cum genetivo coniuncti apud Galenum dubia sit fides. neque enim huc facere existimo tales locos quales sunt 212,14 *ὕλη τις οἰκεία φωνῆς* (cf. SM II 45,8 *ὕλη . . τις οἰκεία τῆς ψυχῆς*); 427,14 *τοὺς οἰκείους τοῦ λόγου μερισμούς*; 558,8 *τῆς οἰκείας οὐσίας τοῦ ἥπατος*; 583,8 *τοῦ ζητουμένου πράγματος τῆς οἰκείας φύσεως ἢ οὐσίας*; 623,7 *τὸ οἰκεῖον αἰσθητὸν ὄψεως*; SM II 24,3 *τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἑκατέρων τῶν αἰτίων*; XI 218,13 *τοῦ γὰρ οὕτως ἐπιμελῶς γράφοντος καὶ τοῦτ' ἦν ἔργον οἰκεῖον*; ib. 386,5 *ἐξετάσαιμεν ἂν αὐτοῦ τὴν οἰκείαν δύναμιν*, quibus locis omnibus genetivi non ab adiectivo *οἰκεῖος*, sed a substantivis pendent; nec vero facile quisquam dixerit *γενέσεως αἵματος σπλάγχνον.* quod vero 169,12 in codicibus legitur (*λήμματα*) *οὐκ οἰκεῖα τοῦ προκειμένου σκέμματος*, deliberanti mihi quam facile in his libris terminationes *-ου* et *-ῳ* et nominum neutralium in *-α*, *-ατος* exeuntium casus a librariis confundantur suo iure Muellerus dativum restituisse videtur coll. 173,5 (*λήμματα*) *οὐκ οἰκεῖα τῷ προκειμένῳ*;

176,8 (*ἐπιχειρήματα*) *οὐκ οἰκεῖα τῷ ζητουμένῳ πράγματι*; ib. 12 *λήμματα τῷ προκειμένῳ προβλήματι προσήκοντά τε καὶ οἰκεῖα*; 351,6 *μόνων τῶν οἰκείων τοῖς νῦν προκειμένοις μνημονεύσω*; cf. 153,6; 443,10; 452,5; 559,12; 571,5; 619,5; 744,12; 779,1; III 271 (9,12); 317 (39,15); 88,5; VIII 409,6.

Quae cum ita sint, *αἰτιώτερον* illud quod traditum est non minus verum esse existimo quam *αἰτιώτατον* 708,9 (*τὸ σύμφυτον θερμὸν αἰτιώτατον εἶναι πάντων τῶν φυσικῶν ἔργων*) hanc sententiam in illis verbis inesse ratus: nemo qui in facultatum naturalium rationibus exercitatus sit, aliud viscus p l u s ad sanguinem procreandum c o n f e r r e dixerit quam iecur; neque enim solum iecur munus illud praestat, sed quae ad ventrem et intestina pertinent venae ipsae quoque vim quandam habent sanguinis procreandi (III 299 [27,19] *καὶ ταῖς εἰς τὴν γαστέρα καὶ σύμπαντα τὰ ἔντερα καθηκούσαις φλεψὶν ὑπάρχει δύναμίς τις αἵματος ποιητική*; cf. ib. 323 [43,10 ss.]); iecore vero vel ut accuratius dicam iecoris carne quasi primo instrumento in illo opere utitur natura (III 298 [26,20] *ὑπολείπεται τοίνυν ἡ οἷον σὰρξ τοῦ ἥπατος, ἥπερ δὴ καὶ ἴδιός ἐστιν οὐσία τοῦ σπλάγχνου, τό τε πρῶτον εἶναι τῆς αἱματώσεως ὄργανον καὶ ἀρχὴ τῶν φλεβῶν*; cf. ib. 299 [27,16] et 303 [29,27]). cf. etiam III 297 [25,26] *ζητητέον ὅ τι ποτ᾽ ἔστιν αὐτὸ τοῦτο τὸ μόριον ὃ τῶν φλεβῶν ἐστιν ἀρχὴ καὶ τ ῆ ς τ ο ῦ α ἵ μ α τ ο ς γ ε ν έ σ ε ω ς α ἴ τ ι ο ν.*

XXXI.

569,13 *καὶ μέντοι καὶ* (cf. huius diss. p. 5) *ἐκ τοῦ λέγειν τουτὶ μ ὲ ν τὸ καθ᾽ ἧπαρ εἶδος τῆς ψυχῆς σιτίων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν ὑπάρχειν, οὐ μὴν ἐπί γε τῆς καρδίας οὐδὲν ἔτι προσθεῖναι τοιοῦτον δῆλός ἐστιν* (*ὁ Πλάτων*) *ἐκ μὲν τῆς γαστρὸς εἰς ἧπαρ βουλόμενος ἀναφέρεσθαι τὴν τροφήν, ἐκεῖθεν δ᾽ ἐπὶ τὴν καρδίαν ἰέναι μέρος εἰς τὴν τοῦ κατ᾽ ἐκείνην αἵματος γένεσιν.*

Retinendum erat *μὲν* post *τουτὶ*, cui *οὐ μὴν* vel *οὐ μὴν* .. *γέ* rectissime respondet; cf. 368,15 *οὐκ ἀπεστέρηκε μ ὲ ν τοῦ κρίσιν εἶναι τὸ ἀρρώστημα, ο ὐ μ ὴ ν ἐν αὐτῇ γ ε μόνῃ τῇ ψευδεῖ*

κρίσει τὴν γένεσιν αὐτοῦ τίθεται; 478,2 *ἐναργῶς μὲν ἀπέδειξεν ἕτερον ὑπάρχειν τὸ θυμούμενον τοῦ ἐπιθυμοῦντος, οὐ μὴν ὅτι τὸ λογιζόμενον ἕτερον ἀμφοῖν ἐστιν ἐναργῶς εἶπεν*; 596,1 *ἐπιστημονικῶν (λημμάτων) μᾶλλον ἅπτεται (ὁ Χρύσιππος) καταβαλλόντων μὲν ὄντως τὸν Ἀρίστωνος λόγον, οὐ μὴν τῇ γ' οἰκείᾳ πρεπόντων ὑποθέσει*; 615,4; 637,13; 650,13; 655,5; 657,8; 679,6; 797,3; 825,6; III 320 (41,10). suo vero loco particulam *μέν* positam esse apparet, cum sententia sit haec: *τουτὶ μὲν τὸ καθ' ἧπαρ εἶδος τῆς ψυχῆς σιτίων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν ὑπάρχειν λέγει, ἐπὶ δὲ τῆς καρδίας οὐδὲν λέγει τοιοῦτον.*

XXXII.

589,1 *εἴπερ γὰρ τὸ βέλτιστον ἓν καὶ ἡ τελειότης ἐστὶ μία, κατὰ μὲν τὸ λογιστικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἐπιστήμην ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ἀρετήν, καὶ εἴπερ ἓν τοῦτ' ἔστι μόνον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ λογιζόμενον, οὐ χρὴ ζητεῖν ἀρετὰς πολλάς· εἰ δὲ καὶ τὸ θυμούμενον* (quod pro *τὸν θυμὸν* restituendum esse vidit Marquardtius *Philol. Anzeig.* VII [1876] 90), *ἀναγκαῖον κἀκείνου γενέσθαι τὴν ἀρετήν.*

Quotienscumque hunc locum perlego, offendo in verbis extremis *κἀκείνου γενέσθαι τὴν ἀρετήν*. nam cum tota argumentatio id spectet ut qui plures animae partes esse doceat, ei plures virtutes, non unam statuendam esse ostendatur, necessarium esse videtur in hoc altero orationis membro (*εἰ δὲ καὶ τὸ θυμούμενον* etc.) aliquo modo exprimi aliam esse partis irascibilis virtutem a rationis virtute diversam, praesertim cum in tertio membro legatur *οὕτω δ' εἰ καὶ τρίτον ἄλλο πρὸς τούτοις εἴη τὸ ἐπιθυμητικόν, ἑξῆς μὲν αὗται τρεῖς*; nec vero tale quidquam invenio in illis verbis *ἀναγκαῖον ἔσται κἀκείνου γενέσθαι τὴν ἀρετήν*. neque igitur facere possum quin coll. v. 13 ss. (*εἰ γὰρ .. ἕτερον μέν ἐστι τὸ λογιζόμενον, ἕτερον δὲ τὸ ἐπιθυμοῦν, ἄλλο δὲ τὸ θυμούμενον, ἔσται τις ἀρετὴ καθ' ἕκαστον αὐτῶν μία*) suspicer *τὴν* corruptum esse ex *τιν'*, quod facillime fieri potuisse unusquisque concedet.

XXXIII.

602,5 *τὰ δ' αὐτὰ ταῖς εἰς τὰς (τοῦ ἐγκεφάλου) κοιλίας τομαῖς αἱ κατ' αὐτῶν ἐργάζονται θλίψεις, ἃς οὐδ' ἐπιτηδευόντων, ἀλλὰ καὶ πάνυ φυλαττομένων ὁρῶμεν ἐνίοτε γινομένας ἐπὶ τῶν ἀνατιτραμένων* (sic H; *ἀνατετραμένων* M; *ἀνατιτρωμένων* A) *ἀνθρώπων, ὅταν τὰ τῆς κεφαλῆς ὀστᾶ καταγῶσιν.*

Rectissime in H legitur *ἀνατιτραμένων*; neque enim vulnerati homines sensu et motu privari dicuntur (id quod putavit Muellerus, qui scripsit *ἀνατετρωμένων*), sed ei quorum calvariam medici terebrant, ut ossa fracta excidant; cf. 141,16 *οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν ἀνατιτραμένων φαίνεται συμπῖπτον· ἐν γὰρ τῷ τὰ κατεαγότα τῶν ὀστῶν ἐκκόπτειν ὑποβάλλειν ἀναγκαζομένων ἡμῶν* (id est *τῶν ἰατρῶν*) *ἀσφαλείας ἕνεκα τοὺς καλουμένους μηνιγγοφύλακας, εἰ βραχεῖ βιαιότερον ἐπιθλίψει τις αὐτοῖς τὸν ἐγκέφαλον, ἀναίσθητός τε καὶ ἀκίνητος ἁπασῶν τῶν καθ' ὁρμὴν κινήσεων ὁ ἄνθρωπος ἀποτελεῖται*; Oribas. IV 157,10 edit. Parisinae *ἀεὶ δὲ ἀνατιτραμένου τοῦ κρανίου στέατι τὰ ψήγματα ἀναλαμβανέσθω*; ib. 170 ss.

XXXIV.

596,9 *δέδεικται . . ὡς ἡ τοῦ γεγεννημένου ζῴου διοίκησις ὑπὸ τριῶν ἀρχῶν γίνεται,*

μιᾶς μὲν τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατῳκισμένης,	(15) *ἑτέρας δὲ τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ καθιδρυμένης,*
ἧς ἔργα	*ἧς ἔργα*
καθ' ἑαυτὴν μὲν ἡ φαντασία καὶ ἡ μνήμη . . .,	*καθ' ἑαυτὴν μὲν ὁ τόνος ἐστὶ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ μόνιμον . . .,*
ἐν δὲ τῷ πρός τι τῆς αἰσθήσεως ἡγεῖσθαι τοῖς . . . μέρεσι . . .,	(597,5) *ἐν δὲ τῷ πρός τι ἀρχὴ τοῖς κατὰ μέρος εἶναι μορίοις . . . κινήσεως.*

Comparatis primo et secundo orationis membro non dubito quin non recte Muellerus *εἶναι* illud secluserit, quo factum est ut *ἀρχὴ* constructione grammatica prorsus careat; immo infinitivo *εἶναι* servato *ἀρχὴ* in *ἀρχὴν* mutandum esse existimo, ut iusta evadat constructio verborum et membrorum responsio·

separatum vero esse infinitivum εἶναι et post μέρος positum a Galeno puto ne μέρος et μορίοις inter se colliderent.

XXXV.

665,14 ss. Galenus ait se ea quae inde a 662,14 de elementi notione exposuit in libro de elementis secundum Hippocratem scripto pluribus verbis explicaturum fuisse, 'εἴπερ αὐτῶν τῶν συλλαβῶν τὸ στοιχεῖον ἐδεῖτο.' quid hoc est quaeso? ego quidem in his verbis sanam mentem non reperio; neque vero a Galeno scripta sunt, sed ut videtur ab editore Aldino invita Minerva excogitata, nisi quod τῶν a Kuehnio additum est.[1]) in Hamiltoniano quidem codice scriptum exstat: εἴπερ αὐτῶν ὁ λαβῶν (id est λαβὼν) τὸ στοιχεῖον ἐδεῖτο; quod licet non omnibus numeris verum sit, tamen a vero haud longe abest. nam quicumque meminerit ea quae Galenus paulo ante de ipso illo libro dixit (v. 5 φθάσαντος γραφῆναι ὑπομνήματος ἑτέρωθι περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, ὃ σαφέστερον μὲν ἂν ἐγέγραπτο, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλά, μὴ πρὸς μόνον ἀποβλέποντι τὸν λαμβάνοντά μου τὸ βιβλίον, ἀλλ' ὡς καὶ τῶν ἀμαθεστέρων ἐκείνου μελλόντων ὁμιλήσειν αὐτῷ), is non dubitabit quin τὸ στοιχεῖον aut in τὸ βιβλίον mutandum aut omnino delendum sit, id quod Dielesio magis probatur; cf. SM II 96,1 ὅτε τὸ δεύτερον ἧκον εἰς Ῥώμην ὑπὸ τῶν αὐτοκρατόρων μετακληθείς, ὁ μὲν λαβὼν ἐτεθνήκει, τὸ βιβλίον δ' εἶχον οὐκ ὀλίγοι et ibid.

[1]) cogitasse videntur editores de talibus locis quales sunt 697,16 ταῦτά τ' οὖν διδάξας (ὁ Ἱπποκράτης) καὶ πρὸς τούτοις ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα, τῆς κατὰ τὴν τέχνην μεθόδου τὰ στοιχεῖα παρέδωκεν, οἷς ἐφεξῆς κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς διελθὼν περὶ τῶν πλεοναζόντων καθ' ἑκάστην ὥραν τε καὶ ἡλικίαν νοσημάτων τὰς οἷον συλλαβὰς ἐπὶ τοῖς στοιχείοις ὑφηγήσατο et XVIII A 197,6 (ὁ Λύκος) δῆλός ἐστι μηδὲ τὰ στοιχεῖα τῆς Ἱπποκράτους τέχνης ἐπιστάμενος· ὅτῳ δ' οὐκ ἔστι τῶν στοιχείων ἐπιστήμη, σχολῇ γ' ἂν οὗτος [οὐ del. Cobetus Mnemos. n. s. XIII 245] τὰς συλλαβὰς εἰδείη τῆς τέχνης ἐκείνης ἢ τῶν ἀπ' αὐτῆς. sed hac imagine minime ea explicari quae hoc loco de quo agimus in editionibus circumferuntur facillime intellegitur.

112,18 ὅσα τοῦ λοιποῦ τισιν ἔδωκα, πρὸς κοινὴν ἔκδοσιν ἀποβλέπων, οὐκ ἰδίαν ἕξιν ἐκείνων μόνων τῶν λ α β ό ν τ ω ν οὕτως συνέθηκα.

XXXVI.

667,12 ὅτι μὲν οὖν ἥ τε πλεονεξία καὶ ἡ ἔνδεια διαφθείρει τὴν εὐκρασίαν, ἐν ᾗ τῶν πρώτων σωμάτων ἡ ὑγίεια, πρόδηλον.

683,3 περὶ μὲν δὴ τῆς ἐκ στοιχείων γενέσεως ὑγιείας τε καὶ νόσου τῶν ὁμοιομερῶν καὶ πρώτων σωμάτων ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Muellerus priore loco mutato verborum ordine foedum induxit hiatum (scripsit enim τὴν εὐκρασίαν τῶν πρώτων σωμάτων, ἐν ᾗ ἡ ὑγίεια), altero post νόσου inseruit καί. ego mihi persuasi utrumque locum integrum esse planeque cum Galeni doctrina convenire. apparet enim ex ipsius Galeni verbis (675,10—677,8; cf. 684,9—13) prima corpora (πρῶτα σώματα) vel primas partes (πρῶτα μόρια) in tota hac expositione appellari non elementa (quae στοιχεῖα potius vocantur 663,1; 669,13; 670,1; 673,17; 674,4; 679,1; 684,7 etc.), sed quae ex quattuor elementis vel ut accuratius dicam (cf. 679,5—680,7) humoribus oriuntur corpora similibus inter se partibus constantia (σώματα ὁμοιομερῆ), qualia sunt cartilago os medulla caro nervus membrana ligamentum alia; ex quibus componuntur quae compositae vel organicae vocantur corporis partes: digiti manus cubitus bracchium, pes tibia femur, oculus lingua, viscera venter intestina (cf. I 479 [48,21]; XV 7 s.). humorum igitur in aequabilitate (συμμετρίᾳ) vel quod idem est temperie aequali (εὐκρασίᾳ) posita est primorum corporum sanitas, compositarum vero partium vel organicarum in corporum primorum numero quantitate, formatione positione. hanc differentiam in his libris breviter adumbratam (795,4—12) Galenus accuratius exposuit eo libro qui περὶ διαφορᾶς νοσημάτων inscribitur (VI 836—880); quam qui reputaverit, facile sibi persuadebit eos locos quos proposuimus rectissime traditos planeque supervacaneas esse Muelleri coniecturas. praeterea iam apparet quomodo intellegenda sint quae 675,9 leguntur (Ἱπποκράτης) τὰ νοσήματα τῶν πρώτων

σωμάτων κατὰ δυσκρασίαν ἔφη γίνεσθαι, quibus verbis non id significatur quod Muellerus voluit morbos ex primorum corporum intemperie fieri, sed primorum corporum morbus fieri intemperie quadam — scilicet humorum.

XXXVII.

701,13 *ἀλλ' ἐκεῖνά γε δυνατὸν ἦν αὐτῷ (τῷ Πλάτωνι) παρ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως μεμαθηκέναι τὰ λελεγμένα κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐν τῇδε τῇ ῥήσει* etc.

Haud recte a Muellero post *μεμαθηκέναι* verba *καθάπερ γε καὶ* addita esse existimo; hic enim mihi videtur esse sententiarum nexus: Galenus postquam ex Hippocratis libris locos nonnullos attulit, quibus de quattuor humoribus et de morbis qui singulis anni temporibus praepolleant accuratissime et doctissime agitur (698,6—701,6), hoc ordine ait Platoni in Timaeo de his rebus disputationem instituendam fuisse (701,6—9; cf. 689,3—5); quamquam excusandum fortasse vel etiam laudandum esse Platonem, quod de eiusmodi rebus, quae maiorem quam ipse habuerit medicinae scientiam requirant, noluerit disputare (701,9—13). neque vero (*ἀλλὰ* 701,13) omni culpa eum absolvendum esse; nam etiamsi accuratiores illae observationes ab eo postulari nequeant, tamen illa quidem (*ἐκεῖνά γε* cf. 811,9) sine ulla medicinae scientia ex ipsa rerum natura discere eum potuisse quae Hippocrates in aphorismis eis verbis tractaverit quae 702,2—7 laudantur; haec enim ab unoquoque et in ipso et in familiaribus observari posse (702,7—10). apparet igitur hanc vulgarem observationem (702,2—7) spinosioribus illis quae antea (689—701) ex Hippocrate laudatae sunt opponi caduntque quae a Muellero verba addita sunt.

XXXVIII.

714,10 *τὸ γὰρ ἔμφυτον θερμὸν αἴτιον εἶναί φησι τῆς τε κατὰ τὴν γαστέρα πέψεως τῶν σιτίων καὶ τῆς ἐντεῦθεν εἰς ἧπάρ τε*

καὶ φλέβας ἀναδόσεως καὶ προσέτι τῆς αἱματώσεως καὶ τῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα φορᾶς τε καὶ πέψεως (sic H).

Verba *τε καὶ πέψεως* cum Muellero delere haud ego suaserim, cum vix explicari posse mihi videatur quomodo in hunc locum irrepserint. atque me in aliam viam delapsum (putabam enim coll. 709,11 et SM II 41,3 scribendum esse *τε καὶ θρέψεως*) Johannes Schraderus amicus docuit *πέψεως* corruptum esse ex *πέμψεως*.

XXXIX.

Adiectivum *παραπλήσιος* et adverbium *παραπλησίως* semper quantum scio cum dativo coniungit Galenus: 458,12 *εἰ .. ταῖς τοῦ Πλάτωνος ἀρχαῖς ἕποιτο (ὁ Ζήνων) Κλεάνθει τε καὶ Ποσειδωνίῳ παραπλησίως*; 661,8 (*ἡ κοίλη φλὲψ*) *παραπλησίως τῇ ἀρτηρίᾳ δίχα σχισθεῖσα*; 153,1; 158,12; 161,1; 300,3; 345,16; 411,6. 8; 514,16; 563,13; 622,6; 646,9; 679,16; 685,14; 800,16; 802,12; SM I 1,14; 8,14; 30,20; 48,5; III 269 (8,1); 282 (16,13); 290 (21,25); 324, (43,26); 338 (52,32). omitto exempla quae ex ceteris libris collecta habeo permulta; genetivum inveni nusquam. neque igitur recte editores 722,4 scripserunt *εἰ δὲ μέρος τι τοῦ πόματος ἡγεῖται (ὁ Πλάτων) διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας παρηθούμενον εἰς τὸν πνεύμονα καταφέρεσθαι, τῶν ἐνδεχομένων τι λέγει παραπλησίως τε ἄλλων δογματικῶν, περὶ ὧν διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους ἰατροί τε καὶ φιλόσοφοι* pro *ἄλλως δογματικῶν* quod exhibet M. ego profectus ab eis quae in H leguntur *τῆς ἄλλω(ς) δογματικῶν* restituendum esse existimo *τοῖς ἄλλοις δογματικοῖς* dativum neutralem; cf. 723,8 *τὸ δὲ σκώπτειν καὶ καταγελᾶν ὡς ἠλίθιον ὃ δογματικῶς ἀμφισβητεῖται προπετές.*

XL.

763,6 *ἐπειδὴ γὰρ ἐν γυμνασίᾳ κεῖται τὸ πλεῖστον τῆς προκειμένης γνώσεως, οὐκ ἐν τοῖς καθόλου παραδείγμασι χρὴ βλε-*

πειν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς τε καὶ ποικίλοις γυμνάζεσθαι καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς ἄριστα μεταχειρισαμένοις τὴν περὶ ταῦτα τέχνην Ἱπποκράτει τε καὶ Πλάτωνι.

Hic locus vereor ne mendis inquinatus sit. neque enim quae sint universalia illa exempla (*τὰ καθόλου παραδείγματα*) neque quid sibi velit *βλέπειν* intellego. atque cum saepe a Galeno exempla singularia universalibus praeceptis vel rationibus opponantur, vide ne hoc quoque loco *παραδείγμασι* transponendum sit post *ποικίλοις*; cf. 729,9 *δεικνύντες ὅτι τε καθόλου περὶ αὐτῶν ὡσαύτως ἀπεφήναντο* (Ἱπποκράτης καὶ Πλάτων) *διά τε τῶν ἐν εἴδεσι παραδειγμάτων ἐγύμνασαν ἡμᾶς*; 743,6 *ἡ καθόλου μέθοδος χωρὶς τοῦ γυμνασθῆναι κατὰ πολλὰ τῶν ἐν μέρει τεχνίτην ἀγαθὸν οὐχ οἵα τ' ἐστιν ἐργάσασθαι*; 768,12 *ταῦτα μὲν οὖν καθόλου περὶ τῆς διαιρετικῆς τε καὶ συνθετικῆς μεθόδου λέλεκται τῷ Πλάτωνι· μεταβὰς δ' ἐπὶ τὴν ῥητορικὴν τέχνην (εἴη δ' ἂν ἡμῖν ἕν τι τοῦτο παράδειγμα τῆς ὅλης πραγματείας) τάδε γράφει*; 802,2 ss.; I 420,13 s.; XV 437,10 ss. — *βλέπειν* vero fortasse corrigendum est in *μένειν* coll. 294,7 *ἐφ' ὧν (τῶν λόγων οἳ τὸ πιθανὸν ἔχουσι) καὶ μόνων ἐγνώκειν καταμεῖναι μὴ προσθεὶς αὐτοῖς τὰ νῦν μοι γεγραμμένα*; 784,16 *τοῖς ἐγνωσμένοις διὰ πείρας ἐπιμένοντες ἐκεῖνα μόνα παραλαμβάνουσιν*; 224,16; VIII 577,10 *ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ὁ Ἀρχιγένης ἔοικε καταμένειν μὴ διαρθρῶν τὰ σημαινόμενα.* sed rem incertam esse haud ignoro velimque a peritioribus meliora edocear.

XLI.

793,8 *λέγω δὲ δύο θεωρίας τήν τ' ἐκ τῆς τῶν ὁμοίων τε καὶ ἀνομοίων διακρίσεως καὶ τὴν ἐκ τῆς κατὰ διαίρεσίν τε* (quod in MA traditum rectissime respondere particulae *τ'* ante *ἀντιστρόφου* obviae vix est quod dicam) *τῶν γενῶν ἄχρι τῶν ἀτόμων ὁδοῦ τῆς τ' ἀντιστρόφου ταύτης θέσεως δηλονότι* <*τῆς* add. Muellerus> *ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐπὶ τὸ πρῶτον γένος ἀνόδου διὰ τῶν ἐν τῷ μεταξὺ διαφορῶν.*

In his verbis quid sibi velit *θέσεως* non intellego; conicio

vero ut omnibus locis quibus de his duabus rationibus Galenus verba facit (732,12; 768,12; 775,14; 817,14 etc.; cf. SM II 43,21 s.), ita hoc quoque loco *διαιρέσει* (v. 10) olim oppositam fuisse *σύνθεσιν*. praepositionis *σὺν* vestigium fortasse latet in littera extrema pronominis *ταύτης*, pro quo si *ταύτῃ* scribimus, id simul lucramur ut perlucidior fiat oratio. nam etsi per se adiectivo *ἀντίστροφος* genetivum non minus quam dativum apponi posse constat, hoc tamen loco dativus *ταύτῃ* (*τῇ κατὰ διαίρεσιν τῶν γενῶν ἄχρι τῶν ἀτόμων ὁδῷ*) multo facilius intellegitur quam genetivus *ταύτης*. simillime dicta sunt quae 767,6 leguntur: (*ὁ Πλάτων*) *δείκνυσιν εἰς τεχνῶν σύστασιν ἀναγκαιοτάτην εἶναι τὴν διαιρετικὴν καὶ συνθετικὴν θεωρίαν γεγυμνάσθαι τε κελεύει διττῶς κατ' αὐτὴν ἀπὸ μὲν τοῦ πρώτου καὶ γενικωτάτου καταβαίνοντας ἐπὶ τὰ μηκέτι τομὴν δεχόμενα διὰ τῶν ἐν τῷ μεταξὺ διαφορῶν . . ., ἔμπαλιν δ' ἀπὸ τῶν εἰδικωτάτων πολλῶν ὄντων ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ πρῶτον γένος κατὰ σύνθεσιν· ὁδὸν μὲν γὰρ εἶναι μίαν ἀμφοῖν, ὁδοιπορίαν δὲ διττὴν ἀπὸ θατέρου τῶν πρώτων ἐπὶ θάτερον ἐναλλὰξ ἰόντι.*

XLII.

795,16 *ὁμοιότητος γὰρ οὔσης πολλῆς ἐνίοις τῶν πιθανῶν μέν, οὐκ ἀληθῶν δὲ πρὸς τοὺς ὄντως* (*ὄντας* libri, corr. Dielesius) *ἀληθεῖς λόγους ὁ γεγυμνασμένος διακρίνειν ἀπ' ἀλλήλων αὐτοὺς εἴσεται σαφῶς ὅσον τε χρὴ δόγμασι πιστεύειν ὡς ἀληθέσιν ὅσον* (*ὅσων* libri, corr. Muellerus) *τε καταγινώσκειν ὡς ψευδῶν ὅσον* (*ὅσων* libri, corr. Muellerus) *τε τὸ πιθανὸν εὔδηλον ὅπως ἀδηλίας ἔχον προσέοικε τῷ ἀπιθάνῳ.*

Particulam *τ'* post *ὅπως* cum Muellero inserendam esse, etsi omissa est in codicibus, nemo negabit; neque vero opus est cum eodem pro *ἔχον* scribere *μετέχον*, cum genetivus *ἀδηλίας* ab adverbio *ὅπως* pendeat ex dicendi usu satis vulgari, qui quam late pateat apud Galenum ex hisce exemplis apparet: 458,7 *ὑπεσχόμην . . . ὅπως ἀληθείας ἔχει τὰ Πλάτωνός τε καὶ Ἱπποκράτους δόγματα διασκέψασθαι*; 187,16 *πρὸς τὴν*

φάρυγγα . . οὕτω πως ἔχει θέσεως (ἡ καρδία), ὥστε διὰ μέσου τοῦ πνεύμονος αὐτῇ συνῆπται; SM II 84,10 αὕτη (ἡ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων πραγματεία) . . διδάσκει τὰ φαινόμενα μόρια κατὰ τὰς ἀνοτομὰς ὡς ἔχει μεγέθους τε καὶ θέσεως καὶ διαπλάσεως καὶ πλοκῆς καὶ χροιᾶς καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας (cf. I 415,9); I 96 (277,3) ἀνατομῆς χρεία τῆς ἕκαστον τῶν ἐντὸς ὡς ἔχει φύσεως ἐκδιδασκούσης; III 9,6 (ἡ χεὶρ) οὕτως ἔχει κατασκευῆς, ὡς οὐκ ἄν, εἴπερ ἑτέρως ἐγεγόνει, διέκειτ' ἂν ἄμεινον; ib. 26,5 ὧδέ πως ἔχει θερμότητός τε καὶ ψυχρότητος τὸ σῶμα; XIV 624,8 πάντες ἴσμεν ἀλλήλους . . . ὅπως . . παιδείας ἔχομεν καὶ κτήσεως καὶ τρόπου καὶ βίου.

XLIII.

802,12 ὁρῶν γάρ τοί τινων τὴν περιγραφὴν ἢ τὸ σχῆμα παραπλήσιον εἶναι λέοντος προσώπῳ, καθάπερ ἐνίων δράκοντος ἢ ἄλλου τινὸς ζῴου ὥς φασι καί πού (sic libri) τις πατάξας πέτραν ἀπέρρηξεν αὐτῆς τηλικοῦτον ὡς τὸ καταλειπόμενον ἐοικέναι μορφῇ λέοντος ἕτερά τε τοιαῦτα λέγουσιν ἅπαξ ἐν μακρῷ χρόνῳ καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην γεγονότα, τῆς δὲ τῶν τεχνῶν φύσεως ἣν ἅπαντες ἄνθρωποι φύσει ποιοῦνται (sic libri) καὶ τῆς πρὸς αὐτὰς ὁμοιοτάτης ἡμῶν διαπλάσεως παντάπασιν ἐπιλανθάνονται (scil. οἱ φάντες κατά τινα τύχην ἄτεχνον καὶ ἄλογον, οὐ κατὰ πρόνοιαν σοφοῦ δημιουργοῦ διαπλάττεσθαι τὸ σῶμα 802,8 ss.).

Initium huius sententiae a codice H profectus recte restituit Petersenus (p. 63), nisi quod veri similius mihi videtur ὡς illud quod ante φασί invenitur transponendum esse post καί (ζῴου φασί, καὶ ὥς πού τις), quo facto carere possumus eo quod Muellerus addidit ὅτι. de verbis extremis τῆς δὲ τῶν τεχνῶν φύσεως ἣν ἅπαντες ἄνθρωποι φύσει ποιοῦνται, in quibus mendum aliquod latere apparet, desperavit Petersenus (p. 42), qui si meminisset ea verba quae paulo post (809,4) leguntur: ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἀνθρωπείων παθῶν ποιούμεθα τὰς κρίσεις, οὕτω χρὴ κἀπὶ τῶν θείων ποιεῖσθαι καὶ θαυμάζειν τὸν τοῦ

σώματος ἡμῶν δημιουργόν, ὅστις ποτ' ἐστι θεῶν· εἰ δ' ἐκ τοῦ μὴ βλέπειν αὐτὸν οὐδ' εἶναι φήσομεν, οὐ φυλάξομεν ἔτι τὴν ὁμοιότητα τῆς πρὸς τὰς τέχνας κρίσεως, ἐφ' ὧν οὐκ ἐν τῷ θεᾶσθαι τὸν συμπήξαντα (*τὴν συμπήξασαν* MA; corr. Cornarius) *τὴν ναῦν ἢ τὸν σκίμποδα τὴν κρίσιν τῆς τέχνης ἐποιούμεθα παραλιπόντες σκοπεῖσθαι τὴν χρείαν ἑκάστου τῶν μορίων, ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ κῦρος αὐτῆς ἐθέμεθα* — haec igitur si meminisset, haud dubito quin statim intellecturus fuerit scribendum esse *τῆς δὲ τῶν τεχνῶν κρίσεως ἣν ἅπαντες ἄνθρωποι φύσει ποιοῦνται.*

Corrigendum

p. 15,24 post 'edd.;' adde 'cf. huius diss. p. 20).'

Typis G. Pätzii (Lippert & Co.), Numburgi ad S.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

I. Hesiodi O. et D. versus 210 et 211 Rz.
ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν·
νίκης τε στέρεται πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει
genuini sunt suoque loco positi.

II. Errant qui Pindarum (Ol. III) Herculem post Augiam devictum cervam Dianae venantem fecisse putant.

III. Non recte Elias Janzonius (Herm. XXVII p. 315 s.) Catulli carminis LXVIII versus 157 et 158 recepta coniectura Vahleniana (*dum qui principio...*) transposuit post versum 152.

IV. Seneca in conscribendis De ira libris Posidonium potissimum adhibuit.

V. Verborum in *-ίζω* exeuntium tempora futura in *-ίσω* formata ubicumque in optimis Galeni codicibus inveniuntur in textum recipienda sunt.

VI. Galeni script. min. vol. II ed. Mueller. p. 103,14 ss. legendum est *τὸ δὲ πέμπτον* (scil. *βιβλίον ἐστὶ*) *περὶ τῶν τοῦ θώρακος μυῶν καὶ τῶν κατ' ἐπιγάστριον καὶ τῶν ῥαχιτῶν* (*ῥαχ*$\overset{\tau}{\upsilon}$ cod. Ambrosianus; *κατὰ ῥάχιν* Charterius Kuehnius Muellerus).

VII. Ibidem p. 107,5 traditum est *ἔγραψε δὲ Μαρῖνος ἐν μὲν τῷ ἑνδεκάτῳ ἃ μὲν κεφάλαια.* deleto *κεφάλαια* pro *ἃ μὲν* scribendum est *ᾱ μέν*, id est *πρῶτον μέν*.

VIII. Ibidem p. 107,24 ss., ubi in codice Ambrosiano legitur *ἡ δὲ τετάρτη τῶν ἐπιτομῶν κατὰ τὰ λοιπὰ τοῦ Μαρίνου πέντε βιβλία μετὰ τὸ πεντεκαιδέκατον ἄχρι τοῦ εἰκοστοῦ περιέων*, pro *κατὰ* restituendum est *καὶ*, pro *περιέων* *περι*$\overset{\chi'}{\varepsilon}$ id est *περιέχει*.

IX. Notarum Tironianarum quae vocantur origines a Q. Ennio poeta repetendas esse veri non est dissimile.

VITA

Carolus Kalbfleisch natus sum Gelnhusae in oppidulo Chattorum a. d. III. Non. Nov. anni h. s. LXVIII patre Conrado, matre Aemilia e gente Janda, quos superstites esse gaudeo. fidei addictus sum evangelicae. litterarum elementis in schola patria imbutus sum, cuius scholae rector Ferdinandus Burmeister linguae Latinae et Graecae initia mihi tradidit. vere anni LXXXIII receptus sum in partem inferiorem classis secundae gymnasii Hanoviensis, cui tum praeerat Guilelmus Fuerstenau, postea Theodorus Hartwig. ex ceteris magistris meis honoris causa nomino Georgium Wolffium virum doctissimum. vere anni LXXXVII maturitatis testimonium adeptus Lipsiam me contuli studiis Graecis Latinis Germanicis operam daturus, unde biennio post Berolinum transmigravi. instituerunt me viri doctissimi Brugmann Gardthausen Hanssen Heinze Hildebrand Koegel Lipsius Ribbeck Wachsmuth Wundt Fr. Zarncke Lipsienses, Curtius Diels Doering Hirschfeld Huebner Kekulé Kirchhoff Michaelis Paulsen Er. Schmidt Vahlen Wattenbach Zeller Berolinenses. proseminarii regii philologi Lipsiensis per duos annos sodalis ordinarius fui moderantibus Hansseno Lipsio Ribbeckio Wachsmuthio. praeterea Ribbeck liberaliter concessit ut societati suae Latinae per spatium semestre interessem. exercitationibus interfui Dielesii grammaticis, Curtii et Kekulei archaeologicis, Zelleri Aristotelicis, Koegelii Germanicis. quibus viris omnibus gratias ago quam maximas. nec vero facere possum quin eximia laude praedicem H e r m a n n i D i e l e s i i viri humanissimi summa erga me merita, quae gratissimo animo recordari numquam desinam.